CENTIFOLII LUTHERANI
SIVE
NOTITIÆ LITTERARIÆ
SCRIPTORUM OMNIS GENERIS
DE
B. D. LUTHERO
EJUSQVE
VITA, SCRIPTIS ET REFORMATIONE ECCLESIÆ, IN LUCEM AB AMICIS ET INIMICIS EDITORUM,

PARS ALTERA,

CUM INDICE IN UTRAMQUE PARTEM.

AUCTORE

JOHANNE ALBERTO FABRICIO,

D. ET PROF. PUBL.



HAMBURGI,

APUD CONRAD. KOENIG ET G. RICHTER.

M DCC XXX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Ad Cap. Pag.

1. De D. Lutheri nomine. 509
2. De Parentibus & cognatis. 511
3. Calumnia de Patre Dæmone incubo. 512
4. De Patria Islebia, &c. ibid.
5. De natali Lutheri anno & die. 514
6. De ejus Præceptoribus: an αὐτοδίδακτος? 516
7. Calumnia de malo Dæmone Lutheri Magiſtro. 519
8. De Muſices ſtudio quod in Luthero enituit. Laus Muſices ab eo ſcripta. 520
9. 10. Studioſus Erfurtenſis: e juris ſtudioſo Theologiæ ſe conſecrans. 525
11. Monachus Auguſtinianus. ibid.
Mos nomen mutandi in Ordinis religioſi ſusceptione. 526
12. Presbyter Ordinatus. 528
16. Baccalaureus ad Biblia. 529
17. Romam miſſus. ibid.
19. E Licentiato Doctor Theol. 530
20. Vicarius Auguſtinianorum. ibid.
23. Triplici vice verſatus Dreſdæ. ibid.
24. Theſes anti Tezelianæ. 530. ſq.
25. Scripta Anni 1518. Diſputatio Heidelbergenſis. 532

26. D. Lutherus Papæ, Eccleſiæque Romanæ plus ſatis initio tribuens. P. 534
27. Lutherus ante Lutheraniſmum. ibid.
28. Colloquium cum Cajetano. 535
29. Lutheri provocatio a Cajetano ad Papam. 536
30. A Papa ad Concilium. 537
31. Lutheri Epiſtola ad Leonem X. 538
32. Colloquium Lipſienſe cum Joanne Eccio. 539
33. Exuſta Lutheri imago, & ſcripta. 546
Indicibus librorum prohitorum inſerta inter hæreticos primæ Claſſis. 548
Brevis notitia Indicum expurgatoriorum. 549
34. LEONIS X. Bulla contra Lutherum. 551
36. Epiſtola Lutheri ad CAROLUM V. 554
38. Proceſſus Papæ adverſus Lutherum improbatus. ibid.
Pantomimi Auguſtani. 556
39. Decreti, Decretalium &c. exuſtio a Luthero facta. 558
40. Nova Bulla Leonis X. 559
41. HENRICI VIII. liber adverſus Lutherum. ibid.
42. Bulla Leonis X. Clementis VII. &c. 561
43. De Luthero Wormatiam citato. 563
CAROLI V. Declaratio &c. 567
44. Lu-

44. Lutheri Patmus Iſenacenſis. P. 568
45. EMANUELIS Reg. Luſitan. Epiſt. 570
46. Lutheri e Patmo reverſi acta adverſus Carolſtadium. 571
Aureus Carolſtadio datus a Luthero. ib.
Lutheri ſcriptum contra cœleſtes Prophetas. 572
Carolſtadii ſcripta. 572. ſq.
Introitus Miſſæ in Carolſtadii nuptias. 574
47. Colloquium Lutheri cum Bohemis. 576
49. Lutherus minime auctor. tumultuum Muntzerianorum & Anabaptiſticorum. De iisdem ſcriptores. 576
50. De Morbo Lutheri, narratio. 579
51. Lutherus A. 1527. Romæ pronunciatus Papa. 580
52. Proteſtationes Principum atque inde Proteſtantium nomen. 581
53. De Colloquio Marpurgenſi. 582
54. Patmus Coburgenſis. De hymno Lutheri, Eine feſte Burg iſt unſer GOTT. 583
55. Lutheri partes in Auguſtana Confeſſione. 584
Hujus Confeſſionis editiones & verſiones, auctoritas. 585. 587. 589
Scriptores Hiſtoriæ A. C. 590
Exegeſes, commentarii. 592
Irenici Pontificii & Reformati. 593. 594

)(3 Adver-

Adverſarii Aug. Conf. Pontificii & adverſus eos Apologiæ. 595. 596
Confeſſio Auguſtana variata. 598
Pro variata excuſanda vel commendanda cauſſationes. 599
Jo. Calvini & Zach. Urſini inimica de illa Confeſſione judicia. 601
Non eſſe Reformatos A. C. ſocios &c. 602
Adverſarii Reformati, aliique. 604. ſq.
Non defeciſſe Lutheranos a Confeſſione Aug. 605
Feſtum anniverſarium A. C. 606
Confeſſio quatuor Urbium. ibid.
56. Lutherus Pacis Religioſæ ineundæ ſvaſor. 607
Conventus & colloquia centum circiter de cauſſa Religionis & Pace Eccleſiaſtica componenda. 608
57. Lutheri verſio S. Scripturæ Germanica. 617
Editiones factæ Luthero ſuperſtite. 618
Ad centum millia exemplorum excuſa a ſolo Luſtio. 621
Ex Caroli Hildebrandi Baronis de CANSTEIN munificentia ultra quadringenta millia intra annos ſedecim. 623
Hiſtoriæ verſionis ſcriptores. 627
Biblia Germanica Wormatiæ excuſa. ib.
Vindiciæ verſionis Lutheri. 628
Re-

Reprehenſores & Ariſtarchi. p. 629
Hebraicis litteris expreſſa & in alias dialectos linguaſque translata. 630
58. Verſio Bibliorum Latina a Luthero edita. 632
59. Verſio Germanica juncta fontibus vel aliis Verſionibus. 633
60. Gloſſæ & Præfationes. 634
61. Concordantiæ Biblicæ. ibid.
63. Voces rarius obviæ. 638
64. Quibus Codicibus Hebraicis Græciſque uſus Lutherus. 636
Puncta vocalia recens addita ſtatuit, accentuum nullam habuit rationem. 637
65. Feſtum translationis Bibliorum. 639
66. Biblia Lutheri gloſſata. ibid.
Gloſſæ Bibliis Lutheri additæ a Reformatis. 641
67. Commentarius in S. Scripturam ex D. Lutheri ſcriptis. 642
68. Commentarii Lutheri in libros Biblicos. 643
69. Verſiones Germanicæ Bibliorum ante Lutherum. 648
Verſiones Germanicæ librorum ſacrorum poſt Lutherum editæ a Romanæ Eccleſiæ addictis. 650
A Reformatis. 651
Ab aliis. 652
70. Præfationes Lutheri in ſcripta aliorum. 655

71. En Papa Germanus & Cardinalis Pomeranus. p. 657
72. Articuli Smalcaldici. ibid.
Lutheri Methodus ſtudii Theologici. 661
74. Lutheri Epiſtolæ. 662
76. Ad Lutherum & de Luthero ac ſacrorum Reformatione. 672
77. Contra Epiſcopi Miſnenſis ſchedulam inhibitionis. 684
78. Acta cum Duce Sax. Georgio. ibid.
Lutherus diſſuaſor belli & Smalcaldici fœderis. 687
Diſſuaſor omnium bellorum & fœderum pro Religione. 688
80. Contra Julium Pflugium & Albertum Card. 689
81. Adverſarii Lutheri. 723. ſq.
Adverſarii non Pontificii. 738
Henningi Pyrgalli Carmen in laudem adverſariorum Lutheri. 690
Eraſmi Alberi Carmen illis oppoſitum. 716
82. Lutheri Catechiſmus. 742
Jubilæum Catechiſmi Lutheri. 744
Verſiones. 748
Catecheſes Pontificiorum. 749
Chriſtoph. Pezelii Cathechiſmus Witebergenſis &c. 750
83. Lutheri Liturgia. 751
84. Paſtorale. 752
85. Hymni ſacri vernaculi. 753
86. Poſtilla Eccleſiaſtica & Domeſtica. 756
In-

Inſcriptæ a Luthero Bibliis aliisque amicorum libris ſententiæ. p. 758
87. Colloquia menſalia. ibid.
88. Singularia Lutheri. 759
89. Non cuivis temere æmulandus in omnibus. ibid.
90. Theologia dogmatica ex Lutheri ſcriptis. 760
91. Theſaurus moralis ex iisdem collectus. 762
92. Scripta Conſolatoria. 763
94. Opera Germanice junctim edita. 764
95. Latine. 766
96. Lutherus auctor Reformationis neceſſarius. 768
97. Vocatio Lutheri Divina. 771
98. Angelus μεσεράνιος 773
100. De locis aliis Apocalypſeos & Zachariæ. 774
101. Variis præſagiis & vaticiniis præſignificatus Lutherus. 775
Duæ veteres Prophetiæ ex edit. Matthiæ Flacii. ibid.
103. Reformationis auctor primus ac præcipuus Lutherus. 780
104. Reformationis occaſio &c. 782
105. Lutherus Reformationis auctor idoneus tam Doctrinæ quam Vitæ. 784
106. Amplitudo & ſucceſſus Reformationis. 785

107. Quantum Reformatio profuerit etiam non Lutheranis. p. 788.
108. Reformationis impedimenta. 789
Juris Eccleſiaſtici apprime peritus Lutherus. 790
110. Merita Lutheri ac beneficia in Principes & Reſp. 791
112. In Philoſophiam. ibid.
Lutheri ſententia de Academiis emendandis, & de Philoſophia Ariſtotelis. 792
Lutheri methodus Dialectices. 793
113. Merita ac beneficia in ſcholas literasque, ſpeciatim humaniores. ibid.
Lutheri Chronicon. 794
Ubi obiter de Chronico Jo Carionis & Melanchthonis. 796
Latinus Lutheri ſtylus. 798
Lutherus Poëta. ibid.
Nomina propria Germanorum a Luthero illuſtrata. 799
116. Lutherus Propheta. 800
117. ſq. Comparatus cum Noacho, Moſe, Elia. 801
127. ſq. cum Paulo Apoſtolo, Martino Tur. Joanne Huſſo. 803
130. ſq. Lutherus ſanctus, mirandus, triumphans. 804
136. ſq. Character animi Lutheri. Septem dotes. 805
138. Num doctor impietatis. 806

139.

139. Nimiumne vehemens & acer. p. 807
140. Corporis habitus & morbi. 810
Lutheri ſententia, fanaticos & phreneticos a malo vexari Dæmone. 811
142. Apoſphragiſma Lutheri & inſignia, atque de his ejus ad Laz. Spenglerum Epiſtola. 811
143. Picturæ & imagines. 812
146. Fervor & aſſiduitas in precibus. 814
148. Quæſtiones ſacræ ex ejus ſcriptis ſelectæ. 815
149. Num in Concionibus ſacris fuerit ἀμέθοδος. 816
150. In ſcriptis vehemens, privata in conſuetudine humaniſſimus. ibid.
151. Secumne ipſe pugnans & ἀλλοπρόσαλλος. 818
155. Eraſmus Lutherizans & adverſarius Lutheri. 821
156. Lutheri ac Melanchthonis conſtans amicitia. 823
157. Pauper Lutherus. 827
158. Lutheri Conjux, liberi, nepotes. ib.
159. Num voti violator. 830
160. Num patronus polygamiæ vel impudicitiæ. 831
161. Num declinaverit ad Zwinglianos. 832
In doctrina de S. Cœna num Papiſtis concinens? 836
Non

Non auctor litis Sacramentariæ Lutherus, ſed Carolſtadius & Zwinglius cum Oecolampadio. p. 837
Major & minor Lutheri de S. Cœna Confeſſio. 838
162. Lutherus an novator & in majores injurius. Lutheraniſmus ante Lutherum. 839
Novitas Papiſmi. 844
163. Num Lutherus auctor ſectæ vel ſchiſmatis. 846
Contradictiones & diffidia Pontificiorum. 848. ſq.
165. Luthero inpacta calumnia Muhamedaniſmi. 850
Idololatriæ, & antichriſti. 851
166. Num contemtor corruptorve ſacrarum litterarum. ibid.
Verſio loci Rom. III. 28. *ſola fide*, vindicata. 852
Num falſarius Decalogi Lutherus? 853
Num Symboli Apoſtolici? 854
167. Calumnia de veteribus hæreſibus a Luthero reſuſcitatis. 855
168. Num Arianus? ubi de loco omiſſo 1. Joh. V. 7. 856
169. An conculcator Patrum? 857
170. An ſeditioſus &c. ibid.
172. Domeſtici, Diſcipuli & familiares. 858
173. Diſcipuli ingrati. 859
Num

Num a Luthero defecerimus. p. 859
Diſſidia Lutheranorum. ibid.
175. Faſne ſit a Luthero nos dici Lutheranos. 860
176. Lutheri auctoritas. 860
177. ſq. Scriptores Hiſtoriæ Reformationis 1.) ſpeciales certarum Regionum vel Civitatum. 863
2.) Scriptores generales Hiſtoriæ Reformatonis a) Lutherani. 876
b) Reformati. 886
c) Romanæ Eccleſiæ. 895
3.) Vitæ D. Lutheri ſcriptores α) Lutherani. 903
β) Reformati. 924
γ) Vitæ ſcriptores obtrectatoreſque Pontificii. 927
181. Loca Lutheri vindicata. 930
Commendata ſcriptorum Lutheri lectio. ibid.
183. D. Lutheri ſcriptorum primæ editiones. 931
187. Jubilæa Lutherana. 932
Jubilæum Reformationis A. 1617. 933
Pontificiorum in Jubilæum hoc ſcommata & invectivæ. 935
Jubilæum anni quinquageſimi, A. 1667. 936
Jubilæum Reformationis A. 1717. 937
Auguſtanæ Confeſſionis A. 1630. 942.
Pacis Religioſæ A. 1655. ibid.
Jubi-

Jubilæum Formulæ Concordiæ. p. 944
Jubilæa religioſa ſingularum Nationum & Civitatum. ibid.
Mille anni apocalyptici à Reformatione D. Lutheri computatli. 944
188. Lutheri redivivi. 945
Somnium Lutheri aliaque ſcripta occaſione certaminis Adiaphoriſtici & Synergiſtici edita. ibid.
Paſſio Lutheri. 946
Inſidiæ Luthero paratæ ab inimicis. ib.
191. Lutherus tentatus. 947
Concio Lutheri ultima. 948
192. Beatus Lutheri obitus. Rectoris Academiæ Witeberg. Auguſtini Schurfii programma. 949
193. Calumniæ adverſariorum. 951
195. De die Concordiæ &c. 952.
196. Tumulus inviolatus. ibid.
198. Reliquiæ Lutheri. 953
Elogia ab inimicis. ibid.
199. Verba Litaniæ addita à D. Jo. Bugenhagio. 955
200. Miſeræ adverſariorum Divinationes. ibid.

CENTI-

Centifolii Lutherani
Pars altera,
Paralipomena & Supplementum complexa.

Ad Cap. I. de D. LUTHERI Nomine.

Lutherus ipſe in libello de nominibus propriis Germanicis T. 9. Altenb. p. 1597. b. LOTHARIUS. *Cæſar hunc* Lutherium *ſeu* Lutherum *vocat. Eſt* Luther *frequens adhuc hodie nomen in Germania, præſertim in Saxonia: ſignificat autem herum ſeu dominatorem hominum*: Lüde *enim, ut dixi, Saxonice* homines *ſignificat*, Herr herum *ſeu* dominum. *Sed Cæſar, ut ſupra dixi, D in T ſolet mutare, forte propter ſequentes aſpirationes vel alias cauſas. Quare & hic eſt* ü *Hollandicum ſeu* y *Pythagoricum. Deinde* TH *eſt* D *tenue & molle; Denique Saxones usque in hanc diem vocant* Lotharium, *optimum illum Imperatorem*, Kayſer Lydher *ſeu* Ludher. *Quod ſi Suevus audiret pronunciari, faceret* Lidher *ex ipſo. Nam ipſi ex* y *Græco libenter faciunt*

ciunt i *Latinum: Cæſar autem volens per aſpiratam reddere proprie* Ludherum, *occaſio fuit ut poſtea* Lotharium *facerent craſſilingues. Et hodie faciunt* Lutter, Lotter *& ſimilia. Hinc* Lotharingia, Ludheringen, *id eſt*, Ludheri manſio, *à nepote Caroli Magni, ab Hiſtoricis* Lothario *dicto. Nunc dicunt* Lottringen, *craſſiſſime.* Joanni quidem Stumpfio *Liuthar* ſive *Luitgar*, hominibus gratus ac jucundus, *Leodogarius*, ut notat Godfridus Wegnerus ad laudatum Lutheri libellum p. 210. qui etiam affert hæc Jo. Bodini in Methodo hiſtoriar. p. 515. *Quæ apud Germanos in* ther *deſinunt, plane Celtica ſunt, ut* Deither, Luther, *Dejotarus, Lotharius, quos Galatarum Reges fuiſſe conſtat ex hiſtoria Latinorum.*

A. 1523. 4. Argentorati prodiit libellus hoc titulo: Von dem weit erſchollenen Nahmen Luther, was er bedeut, und wie er wird mißbraucht. Er heiſt nicht der Trüber, ſondern der (*) **Lauterer**: Er heiſt auch nicht der **Lotter**, vielmehr der **Bewehrer**. Marſchalck.

Lepidum eſt quod Jacobus Moroneſſa de Litio (da Lezze) in libro Italice edito, pleno maledictorum, cui titulus: *il modello di Martino Luthero*, Venet. 1555. 8. p. 335. ut Lutherum præcurſorem Antichriſti faciat, notat Antichriſti numerum in Apocalypſi eſſe 666, præcurſoris autem *Martin Luter*, unum numerum minus, 665. Sic Leo Mutinenſis Judæus, JESU noſtri hoſtis, in

(*) *Repurgator:* Ita Eraſmo quoque XVIII. 35. Epiſt. Joanni autem Aventino & aliis, Lauter, *Purus*.

in ipſo ejus nomine ſed decurtato ישו נוצרי numerum Antichriſti reperit. Vid. Rev. atque eruditisſimi noſtri Wolfii Bibl. Hebræam T. 1. p. 416.

Ad Cap. II. de Parentibus, cognatis &c.

Jo. Doelingius, Eccleſiæ Bergenſis in Inſula Rügia Præpoſitus, III. 27. de Antichriſto p. 333. ſqq. Jeremiæ Cap. L. & LI. ubi Babylonem ab Ararath, Menni & Aſcenaz deſolatum iri prædicitur, ad Reformationem Eccleſiæ referens, per *foſſores* ac *fuſores metallorum* notari putat parentes Lutheri ex *Mennis* ſeu *Mannis* (comitatu Mansfeldico) & *Aſcenaz* hoc eſt Germania oriundos. Itaque Juvenis electus Jerem. L. 44. ex Ararath, Menni & Aſcenaz LI. 27. ipſi eſt Lutherus, quod firmioribus argumentis probari velit *D. Jo. Adam. Scherzerus* Syſtem. Theolog. XXVIII. 18. p. 863. Integer titulus libri Doelingiani, Roſtoch. 1638. 4. vulgati eſt: *Reſignatio Oraculorum ac Vaticiniorum tam Veteris quam Novi Teſtamenti.* Argumentum autem totum verſatur in explicandis locis qui Antichriſtum Romanum ejusque everſionem ſpectant, vel ſpectare illi videntur. Hic de Luthero quoque intelligendum p. 273. contendit locum Eſaiæ XLI. 25.

Inſigne quo pater Lutheri eſt uſus, fuere mallei duo decuſſatim poſiti. *Patruo* nomen *Henrico* fuit, *ſororum* ſuarum meminit ipſe Lutherus

T. 1. Epiſt. p. 293. b. Ex quibus una *Dorothea* nupſit *Paulo Mackenrothio*, de qua Diarium Theologicum Dresdenſe, ſæpe laudatum mihi, (Unſchuldige Nachrichten) A. 1728. p. 751. Alterius ſororis filii, *Georgius* & *Cyriacus Kaufmanni* memorantur T. XII. Witeb. p. 464. De familia *Lindemanniana* Iſenacenſi, ex qua Lutheri *mater*, *Margaretha*, vide Clariſſ. Viri Wilh. Erneſti Tentzelii Librum, Hiſtoriſcher Bericht von der Reformation, p. 140. ſq.

Frater Lutheri *Jacobus*, Civis Mansfeldenſis, beato Doctori ſuperſtes, cujus etiam funeri interfuit.

Patrem *Johannem* A. 1530. defunctum Lutherus feriis luxit lacrymis, deinde Verbi Divini meditatione luctu depoſito animum iterum recepit, & miſſa etiam per uxorem filiæ Magdalenæ imagine fuit recreatus. Vide Viti Theodorici Epiſtolam Coburgo ſcriptam ad Catharinam Lutheri conjugem, in B. D. Mayeri Diſſ. de Catharina §. 28.

Ad Cap. III. de Calumnia &c.

Addendus *Balthaſaris Gualtheri* Lutherus natus, denatus, à Petri Roeſtii S. I. & aliorum Papicolarum calumniis ſtrictim vindicatus. Jen. 1618. 12.

Ad Cap. IV. de Patria Islebia.

Domicilium quidem avitum conſuetumque parentibus Lutheri *Mœra* fuerat, ſed metallicarum

rum operarum cauſſa jam *Mansfeldiæ* habitabant, cui *Islebia* vicinior eſt, ad quam celebrandarum nundinarum cauſſa cum marito mater ſe contulit: illa à Mœra diſtat miliaribus Germanicis ſedecim. Hanc Mœram intelligit Lutherus cum ait parentes ſuos *de prope Iſennaco* Islebiam migraſſe. Confer *Andreæ Toppii* Hiſtoriam Iſenacenſem Germanice à B. Chriſtiano Junckero A. 1710. editam p. 65. ſeq. & quæ ex *M. Nicolai Rebban* eleganti quam laudat hiſtoria MS. de Eccleſia Iſenacenſi notat illuſtris Seckendorfius lib. 1. pag. 20. b.

So offt Lutherus an dieſen ſeinen Geburts-Ort (Eißleben) kam, ſagte er: Hæc eſt Islebia, **hier iſt Leben**, deutete an, wie er nicht nur hier das zeitliche Leben erlanget, ſondern auch das ewige über-kommen würde. Unſchuldige Nachrichten A. 1716. p. 958.

Bohemum qui volebant haberi Lutherum, hoc agebant ſcilicet, ut Huſſi more civem ac conterraneum poſſent uſtulare, quanquam teſtabatur Lutherus nunquam ſe verſatum in Bohemia, neq; per omnem vitam propius illi acceſſiſſe, quam quod Dresdæ fuit. T. 1. Altenb. p. 340. Nachdem ſuchen mich meine Freunde ſo genau, daß ſie ausſchreyen ich ſey in Böhmen gebohren, zu Prag erzogen, in Wiclefs Büchern unterweiſet, und ſolches habe mein Vater bekandt. Und daß ſie ja nichts auslaſſen, haben ſie meinen Nahmen Luther auf Böhmiſch ausgelegt, dazu die zwo Monſtrantzen auf dem Sermon (vom hochwürdigen Sacrament A. 1520.) gedruckt, dahin gezogen, als habe

ichs den Böhmen zum Zeichen gethan, beyder Geſtalt zu erhalten. Uber das ſo überaus ſcharffſinnig, daß ſie zwo Gänſe auf der einen Monſtrantzen (*) erſehen haben, darum daß Johannes Hus heiſſe auf Böhmiſch Johannes Gans. - - - Es iſt eine edle, berühmte Graffſchafft im Biſtthum zu Halberſtadt und Fürſtenthümern zu Sachſen gelegen, die heiſſet Mansfeld, und kennen meinen Vater und mich perſöhnlich faſt alle meine Gnädige Herren, Graf Günther, Ernſt, Hoyer, Gebhart und Albrecht. So bin ich zu Eißleben gebohren, zu Mannsfeld erzogen, zu Magdeburg und Eiſenach gelehret, zu Erffurt Magiſter und Auguſtiner worden, und nun Doctor zu Wittenberg: und bin Böhmen-Land zu Dreßden am näheſten geweſen mein Lebtag.

De domo in qua natus Islebiæ Lutherus, videri poterit etiam D. Georg. Henr. Goezius ὁ μακαρίτης Diſſ. de reliquiis Lutheri p. 31. & de ſponda ac cella qua uſus eſt in monaſterio Auguſtinianorum, cum Magdeburgi verſaretur admodum Juvenis, idem p. 9. ſeqq.

Ad Cap. V. de Natali LUTHERI die.

Melanchthonis Epigramma ad Jo. Brentium Wormaciæ A. 1557. & ad Jac. Rungium Theologos

(*) Vide Iconem ære deſcriptam in unſchuldigen Nachrichten A. 1728. poſt pag. 160. & quæ ab eruditis auctoribus hujus diarii monentur p. 168. ſq.

logos libro ſecundo Epigrammatum & p. 312. Conſil. Theolog.

Natalis redit annuus Lutheri
Hoc in menſe vetus tenente nomen
Orionis, eo quod hic in undas
Nunc mane inſilit, hoſtis ut venena
Vitet cuſpide ſcorpii minantis &c.

Venerandus *Erdmannus Neumeiſterus* noſter, Paſtor ad S. Jacobi in hac urbe meritiſſimus, præter multa alia quæ in hocce Lutherani Centifolii ſupplemento referre juvabit, me docuit Leucopetræ ſive Weiſſenfelſæ in Saxonia, in templo arcis quotannis natalitia B. Lutheri, ita ut Apoſtolorum memoria conſuevit, ſolenniter celebrari. Exſtat etiam B. *D. Danielis Crameri* Oratio, prævio programmate edita Witebergæ A. 1595. in natalitiam memoriam B. Patris D. Martini Lutheri, de argumento: *quale animal ſit Papa Romanus*, ad Apocalypſ. IX. adverſus Bellarminum diſquirentem petulanter, *quale animal ſit Lutherus.* De themate Lutheri natalitio ridiculariam næniam occinit Jo. Geneſius Sepulveda Gaurico ſuo & malevolentiæ obſecutus, & a vero tempore nati B. Doctoris non minutis vel horis, ſed diebus, menſe, & anno aberrans, qui libro ſecundo de fato & libero arbitrio (inter opera Pariſ. ex officina Sim. Colinæi 1541. 8. edita p. 29.) ſcribit hunc in modum:

Natus eſt enim Martinus, (ut ab hominibus fide dignis accepimus) aſtris tam incommodis & importunis, ut ex ipſius genitura natalitiisque ſideribus, ſi quid veri

 ratio

ratio habet mathematicorum, facile appareat, ipſum ad talia ſcelera patranda maxime fore propenſum, & accommodatum.

Habuit enim Horoſcopum capricornum, qui niſi aliorum aſtrorum benigniore aſpectu temperetur, falſa religione ſolet naſcentium animos imbuere, & homines facit ſimulatores, mendaces, inconſtantes, loquaces, infidos, libidinoſos. Oppoſitio Martis & Mercurii vanitatem rurſus, & mendacitatem Martini confirmat, quatuor planetæ in nona cœli regione magnas eum turbas falſa ſpecie religionis concitaturum eſſe portendebant, quam vitioſiſſimam proclivitatem ratione corrigere, uſque adeo nunquam tentavit, ut omni ſtudio & opera alere, & augere contenderit, & cunctis animi viribus fovere perſeveret.

Ad Cap. VI. de LUTHERI Præceptoribus.

Inter avtodidactos D. Lutherum retulit, qui de illis ex inſtituto eſt commentatus Vir clariſſimus *Georgius Ludovicus Goldenerus*, a multis annis mihi, quod ſuaviter recordor, junctus amicitia atque illuſtris quod Geræ floret Ruthenei Rector per triginta amplius annos inſigniter promeritus, ſelectæ αὐτοδιδάκτων Bibliothecæ exercitatione IV. Geræ 1714. 4. Non ſane quod nullis plane ille præceptoribus ſit uſus, ſed quod in magnis illis, quæ bono publico Ecelefiæ & generis humani movit rebus, longe ſupra Magiſtros ſapuit nos, & Θεοδίδακτος DEO agitante incaluit.

De

De *Nicolao Oelmero*, Lutheri pædagogo adi ſis etiam Diarium Theol. (Unſchuldige Nachrichten) A. 1712. p. 947.

Andream Bodenſtein Carolſtadium Præceptorem ſuum & Majorem in CHriſto vocat Lutherus T. 1. Epiſt. p. 132. b. & 158.

Hieronymum Emſerum auditum à Luthero Erfurti exponentem drama Joannis Reuchlini, Georgius Emſerus teſtatur. Vide Diarium quod modo laudavi A. 1720. p. 14.

De D. *Gerhardo Heckero* præclarus Vir Hermannus Hamelmannus Opp. Hiſtoric. p. 1126. *In ſola urbe* (Weſtphaliæ) *Osnabruga ſonuit purior doctrina per Rev. Virum & obſervandum ſenem* Gerhardum Heckerum, *Doctorem Theologiæ & Auguſtinianum ter Provincialem ſui ordinis per Thuringiam & Saxoniam, quo olim Erphordiæ uſus erat Præceptore* Lutherus, *& quem coætaneus Lutheri* Joannes Langus, *Doctor Erphurdienſis, ad quem tot exſtant Epiſtolæ Lutheri ſcriptæ, patrem in quibusdam litteris appellat. Is inquam Heckerus, licet cucullatus, tamen magna cum laude & gratia libertateque docuit Evangelium Chriſti publice in ſuo Cœnobio ſenex & per multos annos hoc nomine non parvam apud Pontificios ſuſtinuit invidiam.* Idem p. 1096. *Pii cives* Suſatenſes *ſcribunt ad Doctorem Gerhardum Heckerum, cujus tunc per Weſtphaliam magna erat authoritas in promovendo Evangelio, quem ſæpe ut præceptorem coluerat & commendaverat* Lutherus, *quod multis erat apertum, ut aliquem idoneum & doctum virum, qui poſſet Kensbeckio monacho opponi, mitteret clam Suſatum. Itaque mittitur Oſnabruga ab ipſo Doctore Heckero Joannes Campius.* Et

p. 1126. A. 1533. propter tumultus Monaſterienſes *juſſi diſcedere abierunt Oſnabrugâ plerique, manente tamen in priſtino officio Henrico Suecampio & Doctore Heckero in ſuo Cœnobio, qui jam ſenio confectus erat & raro concionabatur, interim permanſit conſtans in aſſerenda vera religione usque in annum* 1536. *quo mortuus eſt. Mortuo A.* 1537. *hydropiſi etiam Suecampio redierunt Papiſticæ tenebræ in urbem & in monaſterium ab Heckero reformatum, quoniam iſto mortuo etiam litteras* Lutheri *ad eum ſcriptas, & ejus collectanea abjecerunt in flumen Haſam.*

Joannem Capnionem ſivè *Reuchlinum* non audivit quidem Lutherus, tamen quoniam ſcriptorum ejus uſu ac meditatione (tum aliorum tum interpretationis ſeptem Pſalmorum pœnitentialium) profecit, ideo Epiſtolam ad eum datam A. 1518. ſubſignat his verbis: *Vale & gaude in Domino, Præceptor vere mihi venerabilis.* Vide vitam Reuchlini à B. D. Jo. Henrico Majo editam p. 224.

Petrum Lupinum Radheimium, cuſtodem, Lutherus Præceptorem ſuum vocat T. 1. Epiſt. p. 132. b.

D. Joanni Staupitio, Viro paucisſimis illa ætate comparando Lutherus primam collectionem ſcriptorum ſuorum, quæ in manibus mihi eſt excuſa ſine loci nota A. 1519. 4. inſcripſit Epiſtola data Witebergæ die S. Trinitatis A. MDXVIII. *Reverendo & vere Patri ſuo* JOANNI STAUPITIO, *Sacræ Theologiæ Profeſſori, Auguſtinianæ familiæ Vicario, F. Martinus Luther diſcipulus Salutem & Seipſum.*

Jodocus T*rentirerus*, de quo p. 19. dixi, eſt, qui aliis dicitur Joſt von Eiſenach, & de quo auctor

Cen-

Centuriæ ſcriptorum à Joach. Joanne Madero editæ c. LXXXIX. Hunc Præceptorem ſuum & in Domino ſibi ſemper venerabilem appellat Lutherus T. 1. Epiſt. p. ſ9. b.

Ex *Joanne Weſſelo* Grœningenſi profeciſſe Lutherum, admodum ſpecioſe notatur in Diario Theolog. (Unſchuldige Nachrichten) A. 1707. p. 216. Wenn man es recht überleget, muß man geſtehen, daß Lutherus zum Anfang der Reformation aus Weſſelo viel genommen, und ſich deſſen Hypotheſibus faſt durchaus conformiret hat, bis er hernach zu mehrern und völligen Göttlichen Licht gelanget. Sed Lutherus ipſe præfatione in Weſſeli farraginem rerum Theologicarum, recuſam A. 1ſ22. *Hic*, inquit, ſi mihi antea fuiſſet lectus, poterat *hoſtibus meis videri Lutherus omnia ex Weſſelo hauſiſſe, adeo ſpiritus utriusque conſpirat in unum.* Confer B. D. Jo. Henricum Majum in vita Reuchlini p. 1ſ6. ſq.

Ad Cap. VII. adverſus calumniam de Diabolo, LUTHERI Magiſtro.

Eam recoxere præter p. 21. memoratos *Abraham Bzovius* ad A. 1ſ21. n. 24. *Rob. Bellarminus*, *Laur. Surius*, & Jeſuitæ *Georg. Schererus*, *Conradus Vetter*, *Martinus Becanus*, atque in Colloquio Pragenſi cum D. Helvico Garthio (qui ejus acta Witeb. 1618. 4. edidit) *P. Kollowrad* & *P. Faninus*: atque ante hoſce omnes *Paulus Bachmannus*

Veteris

Veteris Cellæ Abbas in ſcripto A. 1538. 4. edito, cui titulus: Lob-Geſang auf des Luthers Winckel-meß, Cap. 1.

Frid. Balduini Tractatio, qua hæc calumnia refutatur, prodiit Islebii 1608. 8. & hyperaſpiſtes Lutheri, Lipſiæ 1603. 8.

Theologus Regiomontanus in Diario Theologico, Unſchuldige Nachrichten, 1728. p. 701. ſeq.

Jacobi Baſnagii Hiſtoria Gallice edita de Religione Eccleſiarum Reformatarum T. 3. edit. novæ, p. 79-89.

Chriſtophoro Maſſonio, qui Lutheri tentationem notiſſimo Zwinglii ſomnio in Anatomia ſua contulit, reſpondit *D. Jac. Wellerus* Diſſ. IX. Anti-Maſſoniana p. 323. ſeq. neque adeo Lutheri cauſſæ nocuere, quæ ab eodem Maſſonio in anatomia triumphante contra Wellerum Part. 1. p. 311. & Parte 4. p. 123. contra D. Matthiam Hoëum, ambitioſe in medium afferuntur.

Ad Cap. VIII. de Muſices ſtudio, quod in LUTHERO enituit.

Muſices cultiorem atque elegantiorem uſum circa Lutheri tempora in Germaniam invectum inter præludia Reformationis Eccleſiæ refert Theologus Witeb. inſignisſimus D. Gottlieb Wernsdorf Diſſ. de Primordiis Reformationis pag. 38.

Jo. Cochleus in Actis Lutheri ad A. 1521. p. 55. Lutherum ait iter facientem Wormatiam, in diver-

diverſorio alicubi ſonora teſtudine ludentem, velut Orpheum quendam, omnium in ſe oculos convertiſſe. Alia de peritia Lutheri Muſica & amore quo donum illud Divinum fuit proſecutus, ſuggerent Thomas Forſtmannus in vita Lutheri p. 10. & Valerius Herbergerus in gloria Lutheri Evangelicor. p. 51. Unſchuldige Nachrichten, 1714. p. 213. Lutheri Epiſtola ad Lud. Senfelium Muſicum data A. 1530. exſtat inter editas à laudatisſimo D. Buddeo p. 213. Sed Lutherum laudes Muſicæ diſertiſſima alia Epiſtola celebrantem audiamus, quæ exſtat in tomo ſecundo Præfationum & Orationum Melanchthonis cum Nic. Gerbelii Præfatione edito Argentorati A. 1544. & 1559. 8. p. 252.

Salutem in Chriſto. Vellem certè ex animo laudatum, & omnibus commendatum eſſe donum illud Divinum & excellentisſimum Muſicam. Sed ita obruor multitudine & magnitudine virtutis & bonitatis ejus, ut neque initium, neque finem, neque modum orationis invenire queam, & cogar in ſumma copia laudum, jejunus & inops eſſe laudator. Quis enim omnia complectatur? Atque ſi velis omnia complecti, nihil complexus videare. Primum ſi rem ipſam ſpectes, invenies Muſicam eſſe ab initio mundi inditam, ſeu concreatam creaturis univerſis, ſingulis & omnibus. Nihil enim eſt ſine ſono, ſeu numero ſonoro, ita ut & aër ipſe per ſeſe inviſibilis & impalpabilis, omnibus ſenſibus imperceptibilis, minimeque omnium Muſicus, ſed plane mutus & nihil reputatus, tamen motus ſit ſonorus & audibilis, tunc etiam palpabilis, mirabilia in hoc ſignificante ſpiritu myſteria, de quibus hic non eſt locus dicendi.

dicendi. Sed mirabilior eſt Muſica in animantibus, præſertim volucribus, ut muſicisſimus ille Rex & divinus Pſaltes David cum ingenti ſtupore & exultante ſpiritu, prædicat mirabilem illam volucrum peritiam & certitudinem canendi, dicens Pſalmo centeſimo tertio: Super ea volucres cœli habitant, de medio ramorum dant voces. *Verum ad humanam vocem, omnia ſunt propriè immuſica, tanta eſt optimi Creatoris in hac re ſupereffuſa & incomprehenſibilis munificentia & ſapientia.*

Sudarunt Philoſophi, ut intelligerent hoc mirabile artificium vocis humanæ, quomodo tam levi motu linguæ leviorique adhuc motu gutturis, pulſus aër, funderet illam infinitam varietatem & articulationem vocis & verborum pro arbitrio animæ gubernantis, tam potenter & vehementer, ut per tanta intervalla locorum circulariter ab omnibus diſtinctè non ſolum audiri, ſed intelligi posſit. Sed ſudant tantum, nunquam inveniunt, & cum admiratione deſinunt in ſtuporem, quin nulli adhuc reperti ſunt, qui definire & ſtatuere potuerunt, quid ſit ille ſibilus & alphabetum quoddam vocis humanæ, ſeu materia prima, nempe, riſus (de fletu nihil dicam) mirantur, ſed non complectuntur. Verum hæc ſpeculabilia de infinita ſapientia Dei, in hac una creatura relinquamus melioribus & ocioſioribus, nos vix guſtum attingimus.

De uſu tantæ rei dicere hic oportuit: Sed & ille ipſe ſua infinita varietate, & utilitate, longè ſuperat omnium eloquentisſimorum eloquentisſimam eloquentiam. Hoc unum poſſumus nunc afferre, quod experientia teſtis eſt, Muſicam eſſe unam, quæ poſt Verbum Dei meritò celebrari debeat domina & gubernatrix

trix affectuum humanorum (de beſtiis nunc tacendum eſt) quibus tamen ipſi homines, ceu à ſuis dominis, gubernantur, & ſæpius rapiuntur. Hac laude Muſicæ nulla major poteſt à nobis concipi. Sive enim velis triſtes erigere, ſive lætos terrere, deſperantes animare, ſuperbos frangere, amentes ſedare, odientes mitigare, & quis omnes illos numeraret dominos cordis humani, ſcilicet affectus & impetus ſeu ſpiritus, impulſores omnium vel virtutum vel vitiorum? Quid invenias efficacius, quam ipſam Muſicam? Honorat eam ipſe Spiritus ſanctus, ceu ſui proprii officii organum, dum in Scripturis ſuis ſanctis teſtatur, dona ſua per eam Prophetis illabi, id eſt, omnium virtutum affectus, ut in Eliſeo videre eſt : Rurſum per eandem expelli Satanam, id eſt, omnium vitiorum impulſorem, ut in Saule Rege Iſraël monſtratur. Unde non fruſtra Patres & Prophetæ, Verbo Dei nihil voluerunt eſſe conjunctius, quam Muſicam : Inde enim tot Cantica & Pſalmi, in quibus ſimul agunt & ſermo & vox in animos auditoris, dum in cæteris animantibus & corporibus ſola Muſica ſine ſermone geſticulatur. Denique homini ſoli præ cæteris, ſermo voci copulatus donatus eſt, ut ſciret, ſe Deum laudare oportere verbo & Muſica, ſcilicet, ſonare prædicatione, & mixtis verbis ſuavi melodia. Jam ſi comparationem feceris inter ipſos homines, videbis quam multiplex & varius ſit Creator glorioſus in donis Muſicæ diſpertitis, quantum differat homo ab homine in voce & verbo, ut alius alium mirabiliter excellat : negant enim poſſe duos homines inveniri ſimilis per omnia vocis & loquelæ, etiamſi ſæpius imitari alii alios videantur, velut alii aliorum ſimiæ.

Ubi

Ubi autem tandem acceſſerit ſtudium, quo naturalem corrigat, excolat, & explicet, hic tandem guſtare cum ſtupore licet (ſed non comprehendere) abſolutam & perfectam ſapientiam Dei, in opere ſuo mirabili Muſicæ, in quo genere hoc excellit, quod una & eadem voce canitur ſuo tenore pergente, pluribus interim vocibus circum circa mirabiliter laudantibus, exultantibus, & jucundiſſimis geſtibus eandem ornantibus, & velut juxta eam Divinam quandam choream ducentibus, ut iis, qui ſaltem modicè afficiuntur, nihil mirabilius hoc ſeculo extare videatur: qui verò non afficiuntur, næ illi vere amuſi & digni ſunt, qui aliquem Merdipoëtam interim audiant, vel porcorum Muſicam.

Sed res eſt major, quam ut hac brevitate utilitates ejus deſcribi queant. Tu juvenis optime, commendatam hanc nobilem, ſalutarem, & lætam creaturam tibi habeas, qua & tuis affectibus interim medearis contra turpes libidines & pravas ſocietates: Deinde aſſueſcas in hac creatura, Creatorem agnoſcere & laudare, & depravatos animos, qui hac pulcherrima & natura & arte abutuntur, ceu impudici Poëtæ ad ſuos inſanos amores, & ſummo ſtudio caveto & vitato, certus quod diabolus eos rapiat contra naturam, ut quæ hoc dono vult, & debet Deum ſolum laudare autorem: iſti adulterini filii, rapina ex dono Dei facta, colunt eadem hoſtem Dei & adverſarium naturæ & artis hujus jucundiſſimæ. Bene in Domino vale.

Ad

Ad Cap. IX. Studioſus Erfurtenſis.

Anno 1501. Rectore *Jodoco Trutwetter*, Iſenacenſi, S. Theologiæ Licentiato & liberalium artium Profeſſore, in matricula Academica Lutheri nomen inſcriptum eſt, bonarum litterarum ſtudioſi, ut notatum legitur in Bartholomæi Loneiſii ſerie Rectorum Academiæ Erfurtenſis, vulgata A. 1614. 4.

In cœnobio Auguſtinianorum Lutheri Cella apud Erfurtenſes adhuc oſtenditur. Vide laudatum Gœzium de reliquiis Lutheri p. 11. ſeq. Wilhelmi Erneſti Tentzelii Dialogos menſtruos vernaculos A. 1692. p. 848.

Ad Cap. X. E Juris Studioſo &c.

Lutheri exemplo ex Juriſconſultorum diſciplina ad Theologos feliciter acceſſere Juſtus Jonas, Urbanus Regius, Urbanus Schnepfius, aliique. Vide Jo. Chriſtianum Kochium libro Germanice edito de eruditorum Virorum inſignibus p. 71.

Ad Cap. XI. Monachus Auguſtinianus &c.

Conferendus præclari Viri Wilhelmi Erneſti Tentzelii liber, Hiſtoriſcher Bericht von der Reformation p. 146. ſeq. & Wolfgangi Heideri

Oratio Jubilæa A. 1617. in lucem edita, nec non Georg. Frid. Stieberus in Prodromo Reformationis p. 165. ſeq.

Primum in Cœnobio munus Luthero demandatum fuit ut cloacas expurgaret, qui ad repurgandum Angiæ Papalis ſtabulum erat Divinitus deſtinatus, ut notatum Chriſtiano Junckero τῷ μακαρίτῃ in memoria Lutheri ex numis illuſtrata p. 12. edit. Latinæ.

Effigies Lutheri Monachi, qualis fuit A. 1520. lingno rudius delineata exhibetur à B. D. Wolfgango Franzio in Præf. ad librum Witebergæ A. 1618. 4. editum, cui titulus: Hiſtoriſche Erzehlung der beyden Heiligthümer oder Reliquien-Schatzes in der Schloß-Kirchen zu Wittenberg und zu Halle in Sachſen. Eadem ære deſcripta occurrit in laudati Junckeri Güldenen und Silbernen Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 55. ſeq. edit. Germanicæ, & in fronte libri Burgeriani de quo ſupra p. 27. ſeq. nec non in Diario Theologico, (Unſchuldige Nachrichten) ante A. 1724. ex titulo ſermonis quem D. Lutherus A. 1519. die Petri & Pauli in arce Lipſienſi habuit, editi Lipſiæ 1520. 4. Vide jam memoratum Diarium p. 6.

Morem nomen mutandi quando Ordini religioſo nomen dant monachi, ut Lutherus pro Martino dictus eſt Auguſtinus, receptum conſtat etiam in Eccleſia Græca. Vita S. Stephani junioris p. 439. T. 4. monument. Coteler. Δέδωκεν αὐτῇ τὸ ἅγιον σχῆμα μετονομάσας αὐτὴν Ἄνναν. Triodium Dominica Orthodoxiæ: Μιχαὴλ τȣ̃ διὰ τȣ̃ θείȣ καὶ ἀγγελικȣ̃ σχήματος μετονα-

παμασθένιος Ματθαίȣ μοναχȣ, & plura apud Allatium de Conſenſu p. 1269. Sed merito illum morem vetuſtiori Græcæ & Latinæ Eccleſiæ ignoratum reprehendit Rich. Montacutius T. 1. Origg. Eccleſ. p. 113. quia nomen in baptiſmo ſuſceptum alio nomine permutare, quum monachum induis, quid aliud eſt quam velle videri perſuaſum, quod dare nomen Ordini religioſo ſit commendabilius quam in baptiſmate JEſu CHriſto nomen dediſſe. Confer D. Martini Chladenii, τȣ μακαρίτȣ, Nahmen-Freude gläubiger Seelen, M. Frid. Balduini Hofmanni Diſſ. Epiſtolicam de mutatione nominis baptiſmalis, Chriſtiano non libera. Witeb. 1727. 4.

Epiſtolam *Lutheri* ad Joannem Patrem ſuum, in qua cauſas exponit, cur ex monaſterio fugerit, cum ejusdem argumenti Epiſtola *Eraſmi* ad Servatium patrem, *Zwinglii*que edere voluit Joannes Lydius ſub titulo: *Epiſtolæ renaſcentis Evangelii.* Vide Syllogem præclaram Epiſtolarum Lipſii aliorumque Burmannianam T. 2. p. 377.

Synodi Auguſtinianorum de libertate Monachorum ſententia excuſa Germanice Witebergæ 1521. 4. & Latine ex editione A. 1523. 4. in Diario Theologico (Unſchuldige Nachrichten) 1713. p. 903.

Eine Underricht dem Chur-Fürſten von Sachſen zugeſchickt, warum die Auguſtiner zu Wittenberg nicht Meſſe halten. 1522. 4. & T. 2. Opp. Lutheri Altenb. p. 16. Unſchuldige Nachrichten, 1722. p. 427. 1060.

Lutheri Epiſtola ad Electorem Sax. Fridericum data A. 1524. qua Monachis omnibus digreſſis Monaſterium Auguſtinianorum illi tradit, atque habitationem in eodem concedi ſibi Priorique ſuo poſtulat, legitur T. 9. Witeb. p. 197. T. 2. Jen. 509. (514.) & T. 2. Altenb. p. 584.

Ad Cap. XII. Presbyter Ordinatus.

De Ordinatione Lutheri valida etiam poſtquam Papatus abuſus ille deinde oppugnavit, adeundus B. D. *Johannis Mulleri* Lutherus defenſus & defenſio Lutheri defenſi capite 3.

De poteſtate ordinandi quam presbyter exercuit, B. D. *Georg. Henrici Gœzii* Miſcellanea Theologica ex hiſtoria Vitæ Lutheri, Lubec. 1719. 4. p. 6. ſeq. Et de legitima vocatione & ordinatione Doctorum Miniſtrorumque Verbi in noſtris cœtibus Eccleſiaſticis, quod illa legitima ſit atque efficax, multis probatum dedere præter ſupra p. 32. & 327. laudatos D. *Petrus Haberkornius* in Decade Diſpp. de Miniſterii Eccleſiaſtici, quod in Eccleſiis Proteſtantium Orthodoxis eſt, ſolida veritate & efficacia, Gieſſæ 1656. 4. (contra Martini Becani Diſſ. de Vocatione Miniſtrorum:) *Joſua Arndius* in apodixi thetica, quod in Eccleſiis Evangelicorum verus legitimus & ordinarius detur Miniſter tum Ordinationis tum Abſolutionis, Guſtrov. 1678. 4. *D. Jo. Wandalinus*, Pater, in Diſſ. de Antiſtitum Eccleſiæ Evangelicæ Orthodoxæ legitima Vocatione & Ordinatione,

Havniæ

Havniæ 1675. 4. *Jo. Ben. Carpzovius*, avus, in dem Lutheriſchen unverfälſchten Apoſtoliſchen Löſe-Schlüſſel, (contra Hieron. Muhlmannum) Lipſ. 1654. 4. *Jo. Georg. Meuſchenius* & *Henricus Chriſtianus Meyerus* in ſcriptis Henrico Cohlendalio Jeſuitæ oppoſitis, *Horallus Siegmann* ſive qui ſub illo latet nomine D. *J. W. Hophan* in der Prüfung der Römiſchen Prieſter-Weyhe, contra Caſp. Mändelium Jeſuitam, Ulm. 1710. 8. Atque e Reformatis Doctoribus *Jacobus Baſnage* Hiſt. des Egliſes Reformées T. 3. p. 33. ſeq. qui & ipſe (*) auctor eſt libri Delphis 1701. 12. Gallice editi de falſis & legitimis præjudiciis, ubi in præjudicio ſecundo hoc ipſum argumentum pertractatur.

Ad Cap. XVI. Baccalaureus ad Biblia.

Addendus *Georgii Frid. Stieberi liber*, Vorſpiel zur Reformation p. 200. ſqq. & *Hermannus ab Hardt* in magno Hallelujah, ſive expoſitione Pſalmi CXXXVI. Acta Eruditorum Germanica XIII. T. 2. p. 80.

Ad Cap. XVII. Romam miſſus A. 1510.

Vide *Andreæ Sennerti* τῦ μακαρίτυ Athenas Witebergenſes p. 57.

(*) Bibl. Angloiſe T. 13. p. 522. Niceron, memoires pour ſervir à l'hiſt. des hommes illuſtres T. 4. p. 303.

Ad Cap. XIX. E Licentiato Doctor Theol. A. 1512.

Non omittendus *D. Jo. Mullerus* in Luthero defenſo, defenſique defenſione cap. 4. & *Hermannus von der Hardt* in Oratione de annulo Lutheri Doctorali & pronubo. Pro *Cypriano Spangenbergio* autem ſupra p. 40. & alibi ſemper legendum *Cyriacus*.

Ad Cap. XX. Vicarius Auguſtinianorum A. 1516.

Einſiedler Reformirter Auguſtiner⸗Ordens Vicarius. Vide Autographa Lutheri Van der Hardtiana T. 3. p. 15. & Thomam Forſtmannum in Vita Lutheri p. 15.

Ad Cap. XXIII. Lutherus triplici vice verſatus Dresdæ.

De Rev. *Pauli Chriſtiani Hilſcheri* ſcripto vide ſis Venerandi Viri Jo. Chriſtophori Coleri Eccleſiaſtæ Viñarienſis Diarium, auserleſene Theologiſche Bibliothec, T. 3. p. 433.

Ad Cap. XXIV. Theſes Anti-Tezelianæ.

Jo. Tezelii, nundinatoris indulgentiarum A. 1519. 7. Aug. Lipſiæ denati effigies obvia in limine

mine vitæ ejus, ſecundum editæ a *Godofredo Hechtio*, Witeb. 1617. 8. & in Diario literario Theologico (Unſchuldige Nachrichten) A. 1717. poſt p. 714. Ejusdem Tezelii Vita Germanice ſcripta à *Jo. Jacobo Vogelio*, recuſa Lipſiæ 1728. 8. De formula abſolutionis & impudentia qua indulgentias ſolitus eſt venditare, videndi *Frid. Myconius* in hiſtoria Reformationis, ex quà tunc adhuc inedita quædam repetiit *W. E. Tentzelius* (in Monathl. Unterredungen A. 1697. p. 902. ſ. q.) *Paulus Seidelius* in Lutheri hiſtoria, edita Germanice p. 14. ſeq. & D. *Jo. Frid. Mayerus* in Diſſ. de Joanne Tetzelio, Gryphiswald. 1702. 4. Theſes Lutheri eidem oppoſitas præter eundem D. *Mayerum*, Witeb. 1685. 4. & animadverſ. ad Nic. Selneccerum de vita Lutheri p. 45. ſq. ibid. 1687. 4. aliosque ſupra p. 48. laudatos edidit etiam notis additis Vir celeberrimus *Jo. Chriſtophorus Olearius*, Arnſtadii 1719. 4.

Jo. Tetzelii duæ Diſputationes (Gegenſprüche) in B. Lutheri Operibus Latinis T. 1. Witeb. p. 93. 96. & T. 1. Jen. p. 5. & 7. & in Germanicis T. 9. Witeb. p. 13. 16. T. 1. Jen. p. 17. 21. & T. 1. Altenb. p. 18. 22.

Reſolutio Quæſtionum Lutheri, in Conradi Wimpinæ Anacephalæoſi ſectar. p. 42. & in Tomo 1. Opp. Lutheri Latin. Witeb.

Viri eruditi *Chriſtiani Schœtgenii* Diatriba, Nachricht von Tetzels zu Franckfurt an der Oder A. 1518. Vigilia Agnetis (20. Jan.) gehaltenen Diſputation, prodiit primùm ſeparatim Francof. ad Viadrum 1718. 4.

De *Archimboldo*, cujus auctoritate Tentzelius in venditandis indulgentiis fuit uſus, vide etiam Rev. noſtri *Nicolai Staphorſti* Hiſtoriam Eccleſiæ Hamb. Partis 2. Volum. 1. p. 283. 285. Alia de Tetzelio V. C. *Jo. Erhardus Kappius* in exercitatione ad Ambroſii Altamuræ Elogium Tetzelianum (quod p. 239. in ejus Bibliotheca Dominicana Rom. 1677. fol. edita legitur,) Lipſ. 1721. 4. & in Diſſ. de nonnullis Indulgentiarum Quæſtoribus Sæculi XV. & XVI.

Ejusd. *Kappii* liber altera editione locupletior prodiit cui titulus: Schauplatz des Tetzeliſchen Ablaß-Krames und des darwider ſtreitenden Sel. D. Lutheri, Lipſ. 1720. 8. Formulæ indulgentiarum paſſim obviæ in ſcriptis capite hoc XXIV. allegatis, ſed nusquam plures quam in Diario ſive Theſauro potius Theologico-Hiſtorico, toties laudato mihi, in quo etiam Tetzelianæ quædam exſtant (Unſchuldige Nachrichten A. 1705. p. 197. 199.) In eodem Diario complura longe de indulgentiis non injucunda ſcitu variis in locis per totum opus notantur, quæ compendio ſi quis noſſe deſideret, præfationem ad indices decennii ſecundi adibit.

Ad Cap. XXV. Scripta Anni 1518.

Sermo de virtute excommunicationis, von dem Ablaß und Gnade.

Sieben

Sieben Buß-Pſalmen (*) mit Deutſcher Auslegung, cum Præfatione F. Martini Luder, Lipſ. 1518. 4.

Auslegung und Deutung des heiligen Vater Unſers, A. 1517. gepredigt in der Faſten, von ſeiner Schüler einem zuſammen geſetzt; cum Præfatione Jo. Schneideri ad Chriſtophorum Plancum, Lipſ. 1518. 4.

De Diſputatione HEIDELBERGENSI, quæ A. 1518. celebrata eſt, præter ſcripta p. 53. allegata, conferes ubi lubebit Tom. Operum Lutheri Hallenſem p. 120. 122. Epiſtolam WOLFGANGI Palatini ad Rhenum, datam ad FRIDERICUM Electorem Saxoniæ, editamque in *W. E. Tentzeli* Colloquiis menſtruis vernaculis A. 1691. p. 768. qua Lutheri dexteritatem in illa diſputatione demonſtratam celebrat: *Henricum Altingium* in hiſtoria Eccleſiæ Palatinæ p. 138. ſqq. & ex eo laudati *Tentzelii* Hiſtoriſchen Bericht von der Reformation p. 328. ſq. & monumenta adjecta p. 367. Doctoremque celeberr. *Jo. Andream Schmidium* T. 2. introductionis Sagittarianæ in Hiſt. Eccleſ. p.

(*) Joannes Reuchlinus A. 1512. ſeptem Pſalmos pœnitentiales ediderat Hebraice cum Grammaticali, ut vocat, tralatione Latina de verbo ad verbum, & ſuper eisdem, commentariolo, quo & invitaſſe multos ad diſcendam linguam Hebræam, & ad cognoſcendos fontes doctrinæ Propheticæ, & ſtudia eorum adjuviſſe, vere judicavit Melanchthon: nec dubium eſt Lutherum Reuchlini exemplo & induſtria vehementer inflammatum fuiſſe ad tanto fortius urgendum opus ad quod per ſe ingenium ejus ferebatur.

p. 1498. D. *Gottlieb Wernsdorfium* de Progreſſu Reformationis p. 19. & *Joh. Franciſcum Buddeum* de Colloquiis charitativis ſæculi XVI. §. 2.

Ad Cap. XXVI. D. Lutherus Papæ Eccleſiæque Rom. plus ſatis initio tribuens.

Epiſtola Lutheri ad Leonem X. data A. 1519. 3. Mart. de qua Cap. XXXI. Alia data 6. April A. 1520. præmiſſaque libello de Libertate Chriſtiana, quæ T. 1. Epiſt. p. 255. etiam legitur.

Lutheri Unterricht auf etliche Artickel, ſo ihm von ſeinen Abgönnern aufgelegt und zugemeſſen werden. A. 1519. & T. 7. Witteb. p. 7. T. 1. Jen. p. 165. T. 1. Altenb. p. 264. & in Venerandi D. Lœſcheri Actis Reformationis T. 3. p. 84.

Lutheri Reſolutio de poteſtate Papæ, ibid. p. 123. ſq. adde p. 357. ubi de eo quid de poteſtate Pontificis ſenſerit Lutherus A. 1519. in Colloquio Lipſienſi.

Unſchuldige Nachrichten A. 1728. p. 697. ſeq. & 715. ſeq.

Ad Cap. XXVII. Lutherus ante Lutheraniſmum.

Confer quæ infra poſt Cap. CLXXIV.

Dan. Guil. Molleri Diſſ. de Luthero Lutherano ante Lutheraniſmum, quam Roſtochii A. 1693. Præſide B. D. *Jo. Fechtio* publice habuit, recuſa eſt ibidem A. 1715.

De

De libro quem conſociatis ſtudiis Godfridus Arnoldus & Bernardus Petrus Karl compoſuiſſe dicuntur, & titulo Lutheri ante Lutheraniſmum proſcripſerunt, Diarium Theologicum, quod modo laudavi agit multis in locis, Unſchuldige Nachrichten A.1706. p.631. A.1707. p.539. 570. A.1709. p.404. A. 1717. p.462. A.1727. p.337. A.1728. p.548. ſq.

Ad Cap. XXVIII. Colloquium cum Cajetano.

De hoc Colloquio, ad quod litteris ſalvi conductus à MAXIMILIANO I. Imp. munitus, pedes Lutherus Auguſtam ſe contulit, adeundi, D. *Jo. Rubelius* in narratione de Actis Auguſtanis T.1. Opp. Lutheri Latin. Wit. p.207. T.1. Jen.194. & German. Witeb. T.9. p.35. T.1. Jen. p.108. T.1. Altenb. p.120. *Paulus Seidelius* in Lutheri Hiſtoria edita Germanice p.34. ſq. *Seckendorfius* lib.1. p.45. ſeq. *Jo. Guil. Mollerus* Diſſ. de Luthero Martyre p.42. ſeq. Roſtoch. 1693. *D. Jo. Muſæus* de Eccleſia Part.2. Diſp.4. p.223. ſeq. *Jo. Andreas Schmidius* ad Sagittarianam Introduct. in Hiſt. Eccleſ. T.2. p.1499. & *Jo. Franciſcus Buddeus* de colloquiis charitativis ſæculi XVI. §.3. Hic eſt Cajetanus, in cujus ſcriptis ducenta capita damnavit Ambroſius Catharinus, quæ repetita ex eo videri poſſunt apud Matthiam Flacium libro de contradictionibus Papiſtarum p. 137. ſeq. Cajetanum hæreticis adſcripſit Alphonſus de Caſtro, at Antonius Soto Major in indice libro-

librorum expurgandorum p. 37. hæreticorum numero expungi & ſummis viris accenſeri jubet. Confer Theophilum Raynaudum T. XII. Opp. p. 658. & de dicto Cajetani, *licere Scripturam contra torrentem Sanctorum Patrum interpretari*, D. Auguſtini Varenii noſtri Rationarium de Scriptoribus Eccleſiaſticis Sæculi I. p. 14. ſeq.

Ad Cap. XXIX. Lutheri Provocatio à Cajetano ad Papam.

Adamo Tannero, S. I. qui ex Lutheri provocatione ad Papam argumentum petit, ut ſacrum illum in cauſa Religionis judicem eſſe colligat, ita olim reſpondit B. D. *Nic. Hunnius* in innocentia Lutheranorum contra Jeſuitas Dillingenſes, Witeb. 1631. 8. p 50. *Appellavit Lutherus Papam, quando, quis eſſet, nondum norat: Ergo per errorem, qui nec noſtræ cauſæ poteſt præjudicare, nec juvare veſtram. Appellavit, quando cum indulgentiarum nundinatoribus ipſi erat contentio, qua in cauſa Papam directo non concernente, ſed ut quidem tunc temporis Lutherus aliter judicare non poterat, illi adverſante, ſibi meliora pollicebatur de ipſo. Unica autem hæc appellatio Lutheri plene ſufficit ad deturbandum Pontificem è dignitate judiciaria: cum enim per ſententiam Lutherum declaravit hæreticum propter impugnatas indulgentias, ipſo facto interim Lutheri cauſam piam & Chriſtianam eſſe teſtatus fuerit, (ab eo enim tempore publicas iſtas nundinationes abrogavit in totum) omni jure tanquam injuſtus judex deponendus eſt ab officio male*

male contra fidem, *contra conſcientiam*, *contra utilitatem Eccleſiæ adminiſtrato* &c. adde p. 177. ſeq.

Provocatio Lutheri ad Papam exſtat Latine T. 1. Opp. Witeb. p. 217. T. 1. Jen. p. 170. b. (203.) Germanice T. 9. Witeb. p. 46. T. 1. Altenb. p. 132. Nec non Epiſtola ad Cajetanum, qua diſceſſum ſuum & Papæ appellationem ipſi indicat, Witeb. T. 9. p. 45. Altenb. T. 1. p. 137.

Ad Cap. XXX. Provocatio Lutheri à Papa ad Concilium.

Nondum in Eccleſia erat auditum, quod in bulla Cœnæ Dominicæ promulgatâ à Clemente XI. A. C. 1701. leges T. VIII. bullarii magni Pontificum edit. novæ p. 7. ubi *excommunicantur & anathematizantur omnes qui a mandatis Pontificum ad futurum univerſale Concilium appellaverint.* Potius ut Joſephi Ripamontii utar verbis, hoc erat *vinculum & frenum antiquitus repertum*, *ſupremæ poteſtati*, *quotiescunque Pontificis ipſius culpa & vitio Catholica fides detrimenti aliquid accipiat*, libro VII. Hiſt. Mediolanenſis T. 2. Theſauri Antiquitatum Italiæ Græviani p. 674. Itaque & paullo ante Lutherum, Rector & Univerſitas ſtudii Pariſienſis A. 1517. 27. Mart. à Leone X. ad Concilium provocaverat, cujus Appellationis formula exſtat apud Joannem Wolfium, Lectionum memorabil. T. 2. p. 96. in Val. Erneſti Lœſcheri Actis Reformationis T. 1. p. 554. conf. Unſchuldige Nachrichten A. 1714. p. 197. A. 1728. p. 531. Et

Gre-

Gregorius Hornburg in ſcripto A. 1520. reculo, quo Burgimagiſtros & Conſulatum oppidi Nurnberg adverſus Bullam Pii III. defendit, ait *contra fas ſive ſenſum naturæ* (*) hoc eſſe, quod ſtatuit non eſſe à Papa ad Concilium provocandum. Alia à Papa Concilium appellantium exempla complura retuli T. XI. Bibl. Græcæ p. 105.

Ad Cap. XXXI. Lutheri Epiſtola ad Leonem X. A. 1519. 3. Mart.

Latine T. 1. Witeb. p. 235. & T. 1. Epiſt. p. 152. b. & in laudati D. Lœſcheri Actis Reformationis T. 3. p. 192. & Germanice T. 9. Witeb. p. 65. T. 1 Jen. p. 143. (210) T. 1. Altenb. p. 259. Quod autem Pontifici in illa Epiſtola promittit ſe ſervaturum ſilentium, ſi idem etiam fecerint vel facere jubeantur adverſarii, hoc etiam promiſit nuncio Pontificis *Carolo Miltitio*, de quo D. Lœſcherus T. 3. p. 8. ſeq. & p. 820. ſeq. ubi etiam de Roſa aurea, oblata Electori nomine Pontificis, p. 828. & de COLLOQUIO LIEBENWERDTENSI Lutheri cum Miltitio p. 832. ſq. (de quo etiam Seckendorfius lib. 1. p. 63.) Sed ſicut Cajetanus antea, ſic Miltitius quoque unice inſtitit, revocatione eſſe opus, p. 843. ſeq. Quanquam Paulus Seidelius in hiſtoria Lutheri, quam Germanice edidit, tradit Miltitium in Colloquio illo

(*) Vide Avtographa Lutheri T. 3. p. 46.

illo prodidiſſe quod Lutheri cauſſæ magis ipſe faveret, Tetzelioque ad ſe vocato & graviter increpito cauſſam mortis attuliſſe, ut ille non diu poſt præ ægritudine animam efflaret.

Ad Cap. XXXII. Colloquium cum JOANNE ECCIO.

Diligentisſime Acta Colloquia Lipſienſis expoſuit illuſtravitque *D. Val. Erneſtus Læſcherus* in Tomo tertio ſive A. 1519. pleniorum Actorum Reformationis, (vollſtändige Reformations-Acten und Documenten,) Dresdæ 1728. 4. In his occurrunt partim, notata aſteriſco: partim memorantur:

* *Lutheri Epiſtola ad Eccium* A. 1518. 12. Nov. p. 203. ex T. 1. Altenb. p. 292.

Eccii Schedula, Februar. 1519. adde D. Lœſcher p. 558. ſeq.

* *Lutheri Epiſtola ad Electorem Fridericum* A. 1519. 13. Mart. p. 204. ex Rev. D. Ern. Sal. Cypriani Reformations-Urkunden, T. 1. p. 389.

* *Eccii Diſputatio & Excuſatio* contra Lutherum, 14. Mart. p. 559.

* *Lutheri adverſus Eccii* Criminationes, p. 563.

* *Lutheri ad Carolſtadium*, Schedulæ Eccii oppoſita Epiſtola p. 206. ex Lutheri T. 1. Epiſt. p. 158.

De Georgio Duce Saxoniæ, qui Colloquium permiſit, p. 209. adde p. 508.

* *Eccii XIII. Theſes* contra Lutherum Febr. 1519. p. 210. ex T. 1. Latin. Witeb. Lutheri p. 241.

* *Lu-*

* *Lutheri Theſes XIII.* contra novos & veteres errores, April. 1519. p. 212. ex T. 1. Wit. Lat. p. 241.

* *Melanchthonis Epiſtola* ad Jo. Oecolampadium 21. Jul. 1519. de Colloquio Lipſienſi, p. 215. ex T. 1. Witeb. Lat. p. 365. b. T. 1. Jen. p. 303. b.

* *Jo. Eccii Excuſatio*, p. 591. ex T. 1. Jen. Latin. p. 343. b. T. 1. Wit. p. 338.

* *Defenſio Melanchthonis*, p. 596. ex T. 1. Jen. p. 345. T. 1. Witeb. p. 339. b.

Petri Suaverii Pomerani Apologia pro Petro Moſellano Præceptore contra Cellarium p. 653. alteram Epiſtolam negat ſe reperiſſe p. 659.

* *Jo. Eccii Epiſtola ad Jac. Hochſtratanum* 24. Jul. 1519. p. 222. ex T. 1. Lat. Witeb. p. 335. T. 1. Jen. p. 302. b. Excuſatio ad Melanchthonem p. 305.

* *Joannis Cellarii* ad Fabricium Capitonem, ult. Jul. 1519. p. 225.

* *Lutheri ad Georg. Spalatinum* 15. Aug. p. 233. ex T. 1. Epiſt. p. 180.

* *Nicolai Amsdorfii* Schrifft an G. Spalatinum, 1. Auguſti 1519. ex D. Jo. Fœrſteri editione & T. 1. Altenb. p. 275.

* *Petri Moſellani* (a) *ad Julium Pflug*, 8. Id. Dec. p. 242. ex D. Jo. Fœrſteri Strena Lipſienſi, Witeb. 1609.

* *Jo.*

(a) Moſellani Epiſtola ad Julium Pflugium cum altera ad Bilibaldum Pirckheimerum ejusdem argumenti exſtat etiam in illuſtris D. Jo. Schilteri Diſſ. Academic. de inſtaurata libertate Eccleſiarum Germaniæ per Reformationem Sæculi XVI. c. 2. §. 5. p. 840. ſqq.

* *Jo. Rubei* (Luthero inimici) *ex Franconia Longipolitani Solutiones ac Reſponſa* Witebergenſium Doctorum in publica Diſp. Lipſica, contra fulmina Eckiana parum profutura, tumorque adventus & humilitas eorum receſſus p. 252. ex veteri editione 13. Aug. 1519. 4.

Eccii Relatio ad Georg. Haurerum & Franc. Burkardi, JCtos Ingolſtad. 1. Jul. ex qua illuſtris Seckendorfus lib. 1. p. 85.

* *Neminis Wittebergenſis* (Johannis Montani, Haſſi) Encomium Rubei Longip. apud Lipſim in errores quos pueriliter comiſit adverſus Witebergenſes, p. 786. adde p. 731.

* *Nullius Lipſienſis* (*Joannis Cellarii*) contra Neminem Witebergenſem, p. 799.

Elogium famoſisſimi Viri, Neminis, vide p. 804.

Excuſatio Neminis adverſus Nullum.

Reſp. Nullius ad excuſationem Neminis.

Cellarii Apologie wider Suavenium. Reſponſio ironica, ſeria reſponſio.

Jo. Rubei Neu Büchlein von der löblichen Diſputation, öffentlich gehalten vor Fürſten und Herren, vor Hochgelahrte und vor Ungelahrte in der werthen hochgeprieſenen Stadt Leipzig, 1519. 4. Reimweiſe, vide Lœſcherum p. 272. & 668. 858. 804.

* *Relation* um zwiſchen 1550. und 1560. verfertiget, p. 273. ex T. 1. Isleb. p. 8. T. 1. Altenb. p. 293.

Matthæi Hiſcoldi, Benedictini Epiſtola, pro Eccio.

Jo. Udalrici Schœnherr de Bouch Epiſtola exegetica de Lipſica Diſp. adverſus Hiſcoldi nugacem Epiſt.

Chriſtoph. Hegendorphini Carmen ad Decanum & Philoſophos, Lipſ. 1519. 4.

Viti Warbeck, Canonici Altenb. &c.

* *Sebaſtiani Fræſchels* aus ſeiner Vorrede des Buchs vom Königreiche Chriſti, Witeb. 1566. 4 p. 276. Unſchuldige Nachrichten 1717. p. 13. ſq.

* *Rectoris Magiſtrorumque & Doctorum Academiæ Lipſ. Epiſtola ad Lutherum* 19. Febr. 1519. p. 282. ex T. 1. Jen. Lat. p. 364.

* *Eccii ad Lutherum*, Ingolſtad. 19. Febr. 1519. p. 283. ex T. 1. Jen. Lat. p. 365. b.

* *Carolſtadii Theſes XVII. contra Eccium cum præfixa Epiſtola* p. 284. ex veteri edit. 1519.

* *Acta Colloquii* A. 1519. 4. in tres partes diviſa & ex MS. & veteri edit. integriora edita p. 292--507. (quam excepta à notariis exſtant T. 1. Witeb. Lat. p. 242. b. ſqq. & T. 1. Latin. Jen. p. 199--245.) quæque recudi optavit Seckendorfius p. 73. Prima pars p. 292. 27. Jun. ſecunda 4. Jul. *Lutheri & Eccii* p. 330. ſqq. tertia p. 483. 14. 15. Jul. *Eccii & Carolſtadii.*

* Beſchreibung des *Colloquii*, von Hrn. *D. Leſchern* aus den vorigen *Acten* zuſammen gezogen, p. 508--524--551--558. Chronologiſche Anzeige p. 814. ſeq. ad 818.

* *Lutheri* Predigt zu Leipzig gehalten, p. 516. ex T. 1. Jen. & Witeb. 7.

** Petri*

* *Petri Moſellani Oratio*, Georgii Ducis nomine dicta, p. 567--579.

* *Jo. Langii*, *Lembergii*, *& Rectoris Acad. Lipſ.* Oratio habita finito Colloquio p. 580.

* *Eccii* Brief an Chur-Fürſt Friedrichen, 23. Jul. 1519. p. 604. (ex T. 1. Altenb. p. 273.) Chur-Fürſtens Antwort, p. 609. *Carlſtads* an den Chur-Fürſten, p. 609. *Carlſtads* und *D. Luthers*, p. 612. (ex T. 1. Altenb. p. 275. & 277. ſq.) *Inſinuations*-Schreiben, p. 624. (ex *D.* Erneſti Salom. Cypriani Reformations-Uhrkunden, T. 1. p. 406.) *Eckii* Antwort, 8. Nov. p. 626. ex T. 7. Wit. p. 7. T. 1. Jen. p. 155. T. 1. Alt. p. 282.

* *Jo. Paduskæ & Wenceslai Rosdialovii Epiſtolæ ad Lutherum* p. 649. 651. ex T. 1. Jen. Latin. p. 366. b.

* *Hieron. Emſeri Epiſtola ad Joannem Zack*, J. U. D. de diſp. Lipſicenſi quantum ad Boëmos obiter deflexa eſt, p. 660. (ex veteri edit. & ex T. 1. Latin. Witeb. p. 343. T. 1. Jen. p. 348.) *Sapphicum ejusdem* de eadem diſp. p. 667. *Lutheri reſponſio*, p. 668. ex veteri edit. & T. 1. Latin. Witeb. p. 345. T. 1. Jen. p. 350. (311.) Canonicorum indoctorum Lutheranorum ad Eccium reſponſio p. 321. b.

* *Hieron. Emſeri a* (b) *venatione Lutheriana Ægocerotis* aſſertio, ſub fin. Novembris, p. 694. ex vet. editione.

(b) Unſchuldige Nachrichten 1720. p. 192. 194.

* *Reſolutiones Lutherianæ ſuper propoſitionibus Lipſiæ* diſputatis p. 733. ex vet. edit. & T. 1. Latin. Witeb. p. 293. b. T. 1. Jen. p. 279. adde Seckendorf p. 83.

Eccii Epiſtola & adverſus eum Carolſtadii de diviſione: *Opus bonum à DEO totum non totaliter*, vide p. 785. Unſchuldige Nachrichten 1712. p. 1085.

Eccii Expurgatio ad Academ. Ingolſtad. contra Lutheri præf. Reſolutionum.

* *Lutheri Epiſtola ſuper expurgatione Ecciana* p. 805. ex T. 1. Latin. Witeb. p. 353. b. T. 1. Jen. p. 358. & ex veteri edit. in 4.

Georgii Sax. Ducis Epiſtola ad Lutherum A. 1525. T. 1. Opp. Altenb. p. 337.

* * *

Carolſtadii Diſſertatio, Verba DEI quanto candore prædicari debeant, contra Eccium, qui dixit *aliud dicendum Theologiſtis*, *aliud gregi Chriſtianorum: aliud in ſchola*, *aliud in Eccleſia*, Witeb. 1520. 4. Unſchuldige Nachrichten, 1713. p. 567.

Ejusd. Confutatio adverſus defenſivam Epiſtolam Jo. Eccii, 1520. 4. Unſchuldige Nachrichten, 1714. p. 28.

Defenſio Carolſtadii adverſus Monomachiam prodierat A. 1518. vide Avtographa Lutheri, T. 3. p. 17. & 25. ſeq.

Quem inter alios memoravi, JO. CELLARIUS, patria fuit Gnoſtopolitanus (von Kunſtadt in Mähren.) Pro JOANNE WARBECIO, alii

VITUM

VITUM WARBECKUM appellant. JO. UDALRICUS SCHULTHERR Benedictinus S. Emerani Ratisbonenſis, Venerando D. Lœſchero T. 3. actor. Reformationis p. 819. memoratus, neſcio an idem ſit qui p. 275. eidem vocatur JO. UDALRICUS SCHOENHERR de BOUCH. De JO. STAUPITIO idem p. 276. Staupitii Relation iſt nirgends zu finden, und mag es damit ein Mißverſtand ſeyn, welcher etwan daher rühret, weil T. 1. Opp. Lutheri p. 363. b. ein Staupitziſcher Brief an Spalatinum einer Collectioni Epiſtolarum de Diſp. Lipſienſi vorgeſetzet iſt, welcher aber gar nicht von dieſer Sache handelt, auch ſchon A. 1518. geſchrieben iſt.

Ex cæteris qui de Colloquio Lipſienſi poſſunt conſuli, ut *Chriſtiano Schlegelio* in vita Georgii Spalatini p. 35. *Jo. Franciſco Buddeo* de Colloquiis Charitativis ſæculi XVI. §. 4. *Jo. Andrea Schmidio* ad Introduct. Caſp. Sagittarii in Hiſt. Eccleſ. T. 2. p. 1500. *Dan. Peifero* Origg. Lipſ. p. 340-357. tantum notabo quod *Sebaſt. Fræſchelius* loco quem p. 64. citavi, inter alia narrat Carolſtadium ad Colloquium contendentem & ingreſſum Lipſiam rupta rheda excidiſſe, Lutherum vero qui ſequebatur, prætervectum, atque inde adſtantes ominatos Lutheri victoriam, Carolſtadium infelicius rem geſturum.

Ad Cap. XXXIII. Exuſta D. Lutheri imago cum ſcriptis A. 1520. Romæ, Lovanii, Coloniæ, Moguntiæ, atque alibi deinde ſæpius. Inſerta indici librorum damnatorum primæ claſſis.

Lutherus Epiſt. ad Joh. Staupitium data die Felicis (14. Jan.) A. 1521. *Mea ter arſerunt, Lovanii, Coloniæ, Moguntiæ. Sed Moguntiæ cum magno contemtu atque adeo periculo comburentium.*

Idem Lutherus T. I. Epiſt. p. 306. *Epiſcopus* Merſeburgenſis *exuſſit meos libros, homo ſanctus Papæ ſervus.* Et p. 307. *Apud Merſeburgenſes & Miſnenſes nihil prodeſt liber confeſſuris datus: plauſtra librorum meorum exurunt, ita inſaniunt ſanctuli illi.* Et p. 295. *Galerus Moguntinus mea publico edicto inhibuit Magdeburgi. Halberſtadii eadem exuſſerunt. Itidem Minores Cottbuſenſes.*

Caroli V. ad Univerſitatem Viennenſem de comburendis Lutheri ſcriptis, T. 9. Wit. p. 123. T. I. Jen. p. 511. T. I. Altenb. p. 924.

In Goldaſti politicis Imperialibus, p. 1085. cauſæ quare Lutherana opuſcula à Colonienſibus & Lovanienſibus ſint combuſta, auctore *Simone Heſſo.* Ao. 1521.

Epiſtola *Udelonis Cymbri Cuſani* de exuſtione librorum Lutheri, Monachorumque Dominica.

nicanorum factionis nequitia, ad Germaniæ proceres & Cives, id. p. 1081.

Ulrici Hutteni carmen, *ergo tot inſomnes rapient incendia noctes* &c. T. 2. Latin. Opp. Lutheri Witeb. p. 185.

Franciſci Fabri, Sileſii ſylva de incendio Lutheranorum librorum, 1520. 4.

Tezelius Francofurti ad Viadrum, Lutheri theſes exuſſit. Vide Thomam Forſtmannum in vita Lutheri p. 22.

Edictum fidei in Hiſpania uſitati apud Philippum à Limborg in hiſtoria Inquiſitionis p. 251. *Aut ſi ſcitis vel auditu accepiſtis aliquos vel aliquas dixiſſe, tenuiſſe aut credidiſſe, falſam ac damnatam ſectam* Martini Lutheri *ejusque ſequacium eſſe veram, ſanctam & approbatam. Aut crediderint vel approbaverint reliquas ejus opiniones &c.* Et p. 253. *Item ſi ſcitis vel auditu accepiſtis aliquos vel aliquas habuiſſe aut habere libros ſectæ & opinionis* Martini Lutheri *aut aliorum hæreticorum, aut Alcoranum Mahumeti, aliosque libros ejusdem ſectæ, aut Biblia Hiſpano idiomate &c.*

Regis Hungariæ Ludovici edictum (*) A. 1522. *Volumus & Fidelitatibus veſtris harum ſerie ſub amiſſione omnium bonorum veſtrorum committimus & mandamus, quatenus ſtatim præſentibus tam in Civitate* Cibinenſi *quam in aliis locis vobis ſubditis Aſſertiones, Figmenta & libellos præfati* Lutheri *tanquam* ex-

(*) Hiſt. Eccleſ. Reformatæ in Ungaria, edita à V. C. Frid. Adolpho Lampe p. 59.

excommunicatos, vicatim & per ſingulas domos requiri, inventosque publice comburi & deinde publice palam facere debeatis, ne quis, cujuscunque tandem conditionis exiſtat, ejusmodi dogmata, aſſertiones & libellos eosdem vendere, emere, legere aut tractare præſumat, ſub pœna confiſcationis omnium bonorum.

In indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum conſtans hic honor Lutheri ſcriptis habetur, ut pro non inficiando Pontificum in Lutherum odio inter hæretios condemnetur *primæ claſſis*. Non eſt hic locus hiſtoriæ indicum illorum pertexendæ, de quibus ſi quis ulberius edoceri voluerit, *Jacobi Thomaſii* τ8 μακαϱίτ8 diſſ. de indicibus Papiſtarum expurgatoriis Lipſ. 1666. 4. editam atque locupletiorem *Danielis Franci* ibid. 1684. 4. excuſam evolvet, illisque junget D. *Juſti Henningi Bœhmeri* diſſ. de jure circa libros improbatæ lectionis ad l. 4. §. 1, ff. fam. herciſc. Halæ Sax. 1726. 4. *Thomam Jameſium*, bro Anglice Lond. 1611. 4. & 1688. 8. excuſo de corruptione Scripturarum, Conciliorum ac Patrum per Eccleſiam Romanam illata. *Jonæ Conradi Schrammii* diſſ. de librorum prohibitorum indicibus, horumque utilitate & abuſu. Helmſt. 1708. 4. & *Jo. Chriſtophori Wendeleri* Schediaſma de libris a Pontificiis aliisque hæreticis in præjudicium Doctrinæ purioris corruptis, cum diſſ. præliminari qua docetur Lutheranos nec ſupprimere nec corrumpere ſcriptores in Veritatis cœleſtis præjudicium. Jen. 1714. 4. Sed brevem elenchum Indicum, qui ad notitiam meam pervenere, quibus libri prohibiti atque in illis Lutheri

Lutheri ſcripta condemnantur, ſubjicere cum bona Lectoris pace me poſſe confido. Cenſura librorum imprimendorum inſtituta primum A. 1515. in Concilio Lateranenſi, T. IX. Concilior. edit. Harduinianæ p. 1780. (T. V. Binii A. 1618. parte II. p. 99. ſq.) Bulla prima Leonis X. de libris non ſine Cenſura publica imprimendis, ex ſeſſione X. ejus Concilii, etiam apud C. V. Hermannum ab Hardt in hiſtoria literaria Reformationis p. 56. De *Congregatione Indicis* à Sixto V, Romæ inſtituta, conſulendus Arnoldus Plettenberg, S. I. in notitia Congregationum & tribunalium Curiæ Romanæ p. 712. ſq.

Poſt Cenſuras Pariſienſium & Lovanienſium, notationesque librorum prohibitæ lectionis, Indices vulgari cœperunt in Italia Venetiis 1548. Florentiæ 1552. tertius quartusque Mediolani & Venetiis 1554. Vide qua ex Petro Paulo Vergerio notavit V. C. Jo. Georgius Schelhornius amoenitat. literar. T. 7. p. 296.

Primus inde index PAULI IV. promulgatus Romæ 1559. quem plures inſecuti:

Hiſpanicus *Ferdinandi de Valdes*, Archiep. Toletani, Inquiſitoris Generalis, Pinciæ 1559. 4.

Index auctorum & librorum univerſalis Inquiſitionis, Bononiæ, per Antonium Cicarellum & Peregrinum Bonardum Compagni, 1559. 8.

Index TRIDENTINUS à PIO IV. editus A. 1564. à SIXTO V. auctus deinde & CLEMENTIS VIII. juſſu recognitus A. 1596. Rom. 8.

PHILIPPI II. & *Albani Ducis* juſſu editus Antwerp. A. 1570. 8. & D. Jo. Pappo curante recuſus Argentorat. 1599. 12. & 1609. 8. Hanov. 1611. 8. cum Præf. Franciſci Junii & Jo. Pappi.

Madritenſis D. *Caſparis Quirogæ* Cardinalis & Archiep. Toletani 1584. Excerpta ex eo cum indice Philippi II. Hiſpanico edidit D. Jo. Pappus, Argentorat. 1609. 8.

Fr. *Jo. Mariæ de Gvanzellis*, ſeu *Braſichellani* S. Palatii Apoſtolici Magiſtri (qui A. C. 1617. obiit) Indicis librorum expurgandorum in Studioſorum gratiam confecti Tomus I. in quo quinquaginta auctorum libri præ cæteris deſiderati emendantur. Rom. 1607. 8. & Bergomi 1608. 8. Vide de hoc rarius obvio indice Obſervationes ſelectas Hallenſes T. 3. p. 133. T. 4. p. 71. T. 5. p. 314. Vergnügung müßiger Stunden, Part. I. p. 11. ſqq. III. p. 65. VI. p. 24. VIII. p. 18. IX. p. 24. Verzeichniß rarer Bücher, I. p. 53. ſeq. & Georgium Serpilium τὸν μακαρίτην in Vitis Scriptorum Biblicorum Germanice editis parte IV. ubi de Esdra p. 318. ſqq.

Madritenſis 1612. auſpiciis D. *Bernhardi Sandoval & Roxas*, Cardinalis & Archiep. Toletani à *Thoma Malvenda*: & cum appendice 1614. fol. recuſus Genev. 1619. 4. & 1629. 4.

Balthaſaris Alvarez S. I. Index expurgatorius librorum à Luthero usque ad A. 1624. auctoritate Ferdinandi Martini Maſcarenhas, Algarbiorum in Luſitania Epiſcopi & Inquiſitoris, Roma-

Romanus URBANI VIII. recuſus Colon. 1627. 8.
Thomæ Jameſii Index generalis librorum prohibitorum à Pontificiis, Oxon. 1627. 12.
Hiſpalenſis A. 1632. fol. auſpiciis D. *Antonii Zapata* Cardinalis, à *Joanne de Pineda* S. I. Vide Sotwelli Bibl. Jeſuiticam p. 491.
Franciſci Magdaleni Capiferrei Ord. Præd. & Congregationis Judicis Secretarii, elenchus librorum omnium in Tridentino, Clementinoque Indice, & particularibus Congregationis decretis usque ad A. C. 1648. prohibitorum, ordine alphabetico, Rom. 1624. 1632. 1640. 1648. 8.
Romanus ALEXANDRI VII. 1664. 4. recuſus Genevæ, fol. 1667.
Madritenſis PHILIPPI IV. 1667. fol. (recuſus Genevæ) *Antonii a Soto Major*, Generalis Inquiſitoris.
Jacobi Riccii. 1681. Vide Proſperi Mandoſii Bibl. Romanam T. 2. p. 221.
Romanus INNOCENTII XI. 1683.
Ultimus index *Madritenſis* PHILIPPI V. publicatus A. 1707. quem inceptum à *Didaco Sarmiento & Valladares*, perfecit *Vitalis Maximus*, Epiſcopus Zeutenſis & Inquiſitor Generalis.
Romanus A. 1711. 8. CLEMENTIS XI.

Ad Cap. XXXIV. LEONIS X. Bulla &c.

Sfortia *Pallavicinus* S. I. qui lib. I. hiſtoriæ Concilii Trid. cap. 29. bullam Pontificis adverſus *Petri*

tri Suavis ſive *Pauli Sarpii* monita & obſervationes. defendere conatur, idem cap. 20. non dubitat affirmare rectius facturum fuiſſe Leonem, ſi cui vis potius quam Eccio, profeſſo Lutheri adverſario bullam ad Germanos afferendam publicandamque commiſiſſet. *Equidem exiſtimo, hanc tantam Eckii ſedulitatem, quâ multus ac impiger fuit in proſcribendis Lutheri ſententiis; ac Pontificium diploma eidem concreditum, quod quaſi victoriæ ſuæ trophæum in Germaniam detulit, quodque ex munere delegati Nuntiique Apoſtolici ad pleroſque Germaniæ Principes, ac præcipuè ad Saxonem Septemvirum, promulgandum exequendumque pro virili curavit, haud minimam fuiſſe cauſam, cur Lutherus illum ictum exciperet, non tanquam à ſecuri legitimi lictoris, ſed à telo infenſiſſimi hoſtis, atque ex eo pudorem in furorem vertiſſe, ac per dexteritatem ſuæ factioni eum oſtentaſſe, non à Fidei veritate, ſed ab odio technisque adverſariorum contra ſe fuiſſe pugnatum. Satius enimverò fuiſſet, omnem damnationis curam ab eo longiùs removere, qui diſputatione certaſſet; quandoquidem non res ipſæ, ſed earum imagines invadunt in animos, & ad judicia cupidinesque compellunt.*

Pallavicini judicio ſubſcribit *Lud. Ellies du Pin* T. 15. Bibl. Eccleſiaſt. p. 60. Lutherus ſcriptum ſuum bullæ Pontificis oppoſitum *antibullam* vocat ad Spalatinum ſcribens T. 1. Epiſt. p. 288. b. Idem p. 289. *Erfurdienſis Academia requiſita ab Eccio imperioſiſſime, non admiſit bullam, cauſans illegitime inſinuatam. Babenbergenſis Epiſcopus eandem ſimili cauſſa recuſavit. Adoleſcentes Erfurdiæ armati*

Eccium

ſcium obſederunt & bullas excuſas fruſtillatim in aquam jecerunt - - nunc vere eſt bulla. Senatus ad hæc diſſimulat, Moguntina curia nihil audet. Et ad Wenceslaum Lincum T. 1. p. 312. b. *Bulla Lipſiæ affixa, ſtercore contaminata & lacerata eſt.* & p. 313. *Dicitur & Torgæ fuiſſe affixa ſed clam, & mox lacerata. In Doeblin affixa, mox conſtercorata & lacerata, adſcriptis his verbis:* **Das Neſt iſt hie, die Vögel ſind ausgeflogen.** *Dux Saxoniæ Henricus Friberga cum ſuis deteſtatur fortiter* &c.

Exſtat bulla cum *Ulrici Hutteni* gloſsis, præf. & poſtfatione T. 2. Witeb. Latin. p. 52. ſine illis etiam in D. Chriſtoph. Matthæi Pfaffii hiſt. literar. Theolog. T. 2. p. 42. Scriptum Lutheri, bullæ Antichriſti oppoſitum T. 2. Witeb. Latin. p. 86.

Apologia CHriſti Domini noſtri pro Luthero in Clariſſ. *Jo. Eberhardi Kappii* Nachleſe zur Erläuterung der Reformations-Geſchichte nützlicher Urkunden, Parte 2. p. 481. Lipſ. 1728. 8.

Aſſertio omnium XLI. articulorum in bulla condemnatorum, in T. 2. Opp. Lutheri Latin. Witeb. p. 94.

T. Curtii Malaciolæ Dialogus, Bulla, 1520. 4. Unſchuldige Nachrichten, A. 1714. p. 58.

De Lutheri excommunicatione & iterata à Pontifice ad Concilium provocatione (de qua c. XXXVII.) conferenda etiam diſſertatio ſexta juris publici exoterica JCti celeberrimi *D. Joannis Strauchii*, Jen. 1665. 4.

Bulla

Bulla Cœnæ Dominicæ cum Lutheri obſervationibus ex Pſalmo X. lucem primum vidit Witebergæ 1522. 4. inde T. 7. Opp. Witeb. p. 293. & T. 2. Jen. p. 50.

Ad Cap. XXXVI. Epiſtola D. Lutheri ad Carolum V.

Latine etiam obvia T. 1. Epiſt. p. 229. & inter Opera T. 2. Witeb. p. 43. b.

Argumenta libri promiſſi de Lutheraniſmo Caroli V. Imp. in Unſchuldigen Nachrichten, 1701. p. 255. ſq.

De obitu Caroli V. Evangelico & Lutherano, B. D. Mayerus in ſingulari Oratione, & V. C. Adam Henricus Lackmannus in Miſcellaneis litterariis p. 95. ſeq.

Ad Cap. XXXVIII. Proceſſus LEONIS X. adverſus Lutherum improbatus.

Jacobus Sadoletus Cardinalis Epiſt. ad Georgium Ducem Sax. data Rom. 14. Jul. 1537. de Lutheranis dogmatibus loquens: *Angebat dolorem meum, quod multa quoque ab hac parte* (Pontificis) *fieri videbam parum accommodata temporibus illis. Nam neque ea quæ huic malo apta poterant afferri remedia, ulla* (*) *afferebantur, nec vox audiebatur bene monentium*

(*) Ita legendum pro *nulla*, ſenſus evidenter oſtendit.

um & ſuadentium, ut quæ manſuetudine & a qui-uſdam rebus abſtinentia temperantiaque poterant vul-ra ſanari, ea ne ferro & aſperioribus quaſi medica-entis incrudeſcere cogerentur &c.

Leo ipſe viſis primis Lutheri theſibus, ita ſen-iſſe traditur, elegans omnino eſſe ejus inge-ium, atque invidia Dominicanorum rem agi: *he fra Martino haveva un bellisſimo ingegno, & che oteſte erano invidie frateſche*, ut ex Bandelli præf. d partis 3. hiſtoriar. Tragicar. novellam 25. re-ert Paulus Colomeſius in electis (recueil des articularitez) p. 112. Opuſc. & editionis Ope-um Colomeſii a me curatæ p. 322. Hiſtorias Tragicas Bandelli ex Italico Gallice vertit Belle-oreſtus, ediditque Lugduni A. 1570.

Primum certe Lutheri auſum, quo ſe *rabulis ndulgentiarum*, ut Alphonſus a Caſtro Tetzelium ejusque ſimiles appellat, unus publice oppoſuit, non promeruiſſe ut tam hoſtiliter exciperetur ab iis qui mederi abuſibus & Lutheri Zelum lau-dare debebant, multi etiam e Romana Eccleſia haud diffitentur à B. D. Mayero aliisq; nominati, e quibus unicum apponam *Laurentii Surii* teſti-monium, appendice ad Chronicon Jo. Naucleri: *Quia interdum non parvi abuſus ejusmodi indulgentiis evulgandis ſeſe immiſcuerant, inde ſumta occaſione Lu-therus primum in indulgentiarum immodicos quosdam & ſordidos ſuo duntaxat quæſtui inſervientes buccinatores acriter invectus eſt - - In ipſis hujus tragædiæ initiis viſus eſt Lutherus etiam plerisque viris gravibus & eruditis non peſſimo Zelo moveri, planeque nihil ſpecta-re aliud quam Eccleſiæ reformationem, cujus quidem de-formes*

formes abuſus non parum male habebant bonos omnes. Neque erat prudentiæ, ſed in pœnam juſtam merito cedebat, in cauſſa tam bona ac ſpecioſa virum candidum & conſtantem ad palinodiam velle redigere, hoc eſt anſam rei adverſus Philiſtæos fortiter gerendæ Simſoni Divinitus ad hoc eccitato in manus dare.

Bilibaldi Pirckaimeri Epiſtola A. 1522. ad Hadrianum VI. data de motibus per Dominicanos concitatis & de occaſione Lutheraniſmi, apud Goldaſtum in Politicis Imperialibus p. 1100. Alia A. 1523. id. p. 1110.

PANTOMIMI (*) AUGUSTANI.

Imperatori CAROLO V. Fratrique FERDINANDO prandium A. 1530. Auguſtæ Vindelicor. capientibus obtulere ſe quidam in ipſorum præſentia, ſi ita illis placeret, fabulam acturi, atque cibos novo condituri ſpectaculo. Admiſſi facile ſunt. Itaque primum in ſcenam proceſſit aliquis larvatus, habitu, quo ornari Doctores ſolent, veſtitus, ferens à tergo nomen JOANNIS CAPNIONIS ſchedæ inſcriptum. Portabat hic faſciculum lignorum, partim rectorum, partim curvorum, eoque in medium atrium nullo

(*) D. Jo. Henr. Majus in vita Jo. Reuchlini p. 547. Mich. Piccartus Obſervatt. hiſtorico politic. decad. IX. cap. 3. ex Jacobi Beinharti, Eccleſiaſtæ Uratislavienſis, præfatione libri quem ante hos centum & triginta annos edidit, inſcripſitque Hertzens-Schatz. Everhardus Gvernerus Happelius relatt. curioſ. T. 4. p. 71. &c.

nullo ordine projecto, abiit. Hunc excepit alius itidem larvatus, ERASMI ROTERODAMI nomine inſignitus, convenientique Clerico, quem vocant, veſtitu indutus, qui componere ligna, curva rectis exæquare diu multumque conatus eſt: tandemque ubi irritum videt laborem, caput iratorum more quatiens, animo inde receſsit commoto. Tertius Monachi præbebat ſpeciem, notatus MARTINI LUTHERI nomine, qui ardentes prunas portabat ac diſtorta illa ligna ſuccendebat, inque cineres redigere laborabat: quæ cum flammam concepiſſe conſpexit, ſubito ſeſe ſubduxit. Inde prodiit quidam habitu Imperatorio, qui cum ignem depaſci diſtorta illa ligna videret, ſtricto gladio ejus vim avertere tentabat; quo magis autem gladio ligna fodicabat aut feriebat, eo magis flamma invaleſcebat, ut ipſe tandem iratus ac furibundo ſimilis receſſerit. Tandem & Papa ſeſe intulit LEONIS X. titulo à tergo inſignis, qui comploſis ex terrore manibus circumſpicit malo remedia, quibus ignem ſopiat: quod dum facit curioſius, duas videt eminus ſtare amphoras, oleo alteram, alteram aqua repletas: his conſpectis irruit incautus, atque amenti ſimilis in amphoram oleo plenam, eamque igni affundit, unde flamma vires ſumens latius ſeſe diffundit, adeo ut ejus violentia coactus fugam capeſſere debuerit. Hæc tota fuit fabula atque comœdia, & nemo ultra comparuit. Jubet Cæſar inquiri in auctores actoresque, ſed illi mature ſatis fugâ ſibi conſuluerant, parum vel

de gratia vel de præmio ſolliciti, poſtquam Cæſari id quod res erat, dilucide ob oculos poſuiſſent, ac quid hominum machinationes contra veritatem poſſent, edocuiſſent.

Ad Cap. XXXIX. Decreti, Decretalium exuſtio &c.

Lutherus 10. Jul. A. 1520. ad Georg. Spalatinum T. 1. Epiſt. p. 273. *A me quidem jacta mihi alea, contemtus eſt Romanus furor & favor: nolo eis reconciliari nec communicare in perpetuum. Damnent, exurantur mea: ego vicisſim niſi ignem habere nequeam, damnabo publiceque concremabo Jus Pontificium totum, lernam illam hæreſium, & finem habebit humilitatis exhibitæ hactenusque fruſtratæ obſervantia, qua nolo amplius inflari hoſtes Evangelii.* Idem p. 294. *Anno MDXX. decima Decembris hora nona exuſti ſunt Wittenbergæ ad Orientalem portam juxta S. Crucem omnes libri Papæ, Decretum, Decretales, liber ſextus, Clementinæ, Extravagantes & bulla noviſſima Leonis X. Item ſumma Angelica, Chryſopraſus Eccii, (*) & alia ejusdem autoris, Emſeri & quædam alia quæ adjecta per alios ſunt: ut videant incendiarii Papiſtæ, non eſſe magnarum virium, libros exurere quos confutare non poſſunt.* Et A. 1521. die Felicis p. 299. *Non eſt Papatus ſicut heri & nudius tertius: etiamſi excommunicet & exurat libellos, occidatque meipſum, omnino aliquid portenti præ foribus eſt. Quam felix fuiſſet Papa, ſi remediis bonis componendæ*

(*) T. 1. Altenburg. p. 550. b.

ponendæ pacis potius, quam vi & turbinibus perdendi Lutheri, rem aggreſſus fuiſſet. Exuſſi libros Papæ & Bullam, primùm trepidus & orans, ſed nunc lætior quam ullo alio totius vitæ meæ facto; peſtilentiores enim ſunt quam credebam.

Scriptum Lutheri qua cauſam facti ſui reddit, exſtat T. 2. Opp. Witeb. Latin. p. 119. b. exuſtionis Acta p. 123. b.

Simonis Heſſi invectiva, T. 2. Latin. Witeb. p. 126. & in Goldaſti Politicis Imperialibus p. 108ſ.

Das Deutſche Requiem der verbrannten Bullen und Päbſtlichen Rechten, 1ſ20. 4. & Haganoæ 1ſ21. 4.

D. *Mich. Friderici Quade* Unpartheyiſcher Bibliothecarius, p. 414. ſeq.

Ad Cap. XL. Nova Bulla Leonis X.

Occurrit etiam in laudata D. ffii Hiſtoria Theologiæ litteraria T. 2. Pfa . p. ſſ.

Ad Cap. XLI. HENRICI VIII. Aſſertio VII. Sacramentorum, oppoſita &c.

Scriptum Regis Latine primum Londini editum legitur etiam in Abrahami Bzovii Annalibus ad A. 1ſ21. p. 16. Tom. XIX. p. 394. ſqq.

 qui

qui præterea adiri poteſt p. 476. 479. Ad calcem libri, ad Pontificem miſſi, Rex manu ſua hoc diſtichon ſubſcripſerat:

Anglorum Rex Henricus Leo Decime mittit
Hoc opus & Fidei teſtem & amicitiæ.

Joannis Clerck pro Henrico VIII. Angliæ & Franciæ Rege apud Leonem X. Oratoris, in exhibitione Regii libri in Conſiſtorio Romæ habitam Orationem cum Papæ reſponſione edidit *Hieronymus Emſerus* 1522. 4.

Idem librum Regis vertit Germanice, vulgavitque eodem anno Lipſiæ in 4. & A. 1523. Regis Epiſtolam ad Fridericum Electorem Sax. Johannemque ejus fratrem & patruelem Georgium Duces Saxoniæ de coërcenda abigendaque Lutherana factione, & Luthero ipſo; cum Georgii Ducis reſponſione. vid. Seckendorf. lib. 1. §. 156. p. 277. ſeq. Unſchuldige Nachrichten, 1720. p. 207. ſeq.

Epiſtola Regis, Germanice verſa occurrit in operibus Lutheri T. 9. Witeb. p. 170. T. 2. Jen. p. 189. & T. 2. Altenb. p. 282. ſed emendatiorem ex protographo membranaceo Bibliothecæ Principalis Gothanæ Latine exhibet Venerandus D. Erneſtus Salomo Cyprianus in Clarorum Virorum Epiſtolis p. 9. unde Gallice quoque tanquam æterna dignam memoria dederunt Jeſuitæ Pariſienſes in Memoriis Trevoltinis A. 1716. p. 1161. Friderici Electoris & Johannis fratris reſponſionem habes T. 9. Witeb. p. 173. T. 2. Jen. p. 198. T. 2. Altenb. p. 286.

Lutheri

Lutheri reſponſio ad Regium librum exſtat Latine T. 2. Opp. Witeb. p. 329. b. Germanice ſtatim Luthero ipſo interprete prodiit 1522. 4. recuſa T. 2. Altenburg. p. 189. Lügen thut mir nicht, Wahrheit ſcheue ich nicht. Et dialecto inferioris Saxoniæ 1527. 4.

Schrifft, warum er dem König zu Engeland ſo hart und ſcharff geſchrieben hat. T. 9. Witeb. p. 156. T. 2. Jen. p. 145. T. 2. Altenb. p. 207.

Lutheri deprecatoriæ ad Henricum VIII. T. 2. Epiſt. p. 290. b. & T. 2. Opp. Latin. Witeb. p. 487. & apud Bzovium in annalibus ad A. 1525. n. 25. T. 19. p. 573. qui acerbam Regis reſponſionem exhibet p. 573 -- 580. Eam A. 1527. recudendam dederant & Germanice e Latino verterant Hieron. Emſerus & Jo. Cochleus, qui in Actis Lutheri ad A. 1526. p. 153. ſq. 160. multus eſt in exagitanda Lutheri, quam vocat levitate: ſed palinodiam ei obtuliſſe quod ſcribit, vehementer fallitur, ſi de doctrina, vel de ullo minimo doctrinæ ſalutaris capite intellectum hoc Cochleus voluit. Lutheri reſponſio Latine legitur T. 7. Witeb. p. 489. & Germanice T. 3. Altenb. p. 686.

Ad Cap. XLII. Bulla LEONIS X. qua HENRICUS VIII. &c.

Exſtat quoque apud Bzovium ad A. 1521. n. 19. T. 19. p. 419.

Bulla CLEMENTIS VII. A. 1526. ad HENRICUM VIII. ut Protector & Conſervator Ligæ ſive fœderis Italici appelletur, apud Thomam Rymerum T. XIV. Actor. publicor. p. 187. & in unſchuldigen Nachrichten, A. 1727. p. 45.

Præter Conſilium Lutheri in cauſſa divortii Regis Angliæ, quod poſt Epiſtolas Lutheri à Venerando D. Buddeo editas exſtat p. 328. conferenda etiam ejusdem Epiſtola ad D. Antonium Anglum, id. p. 289. & Melanchthonis data A. 1531. 23. Aug. quæ occurrit in V. C. Jo. Bacmeiſteri Actis Philippicis, editis Tubing. 1719. 4. p. 85.

Inter primos qui Regi poteſtatem Papæ refutanti ſeſe oppoſuere, fuit *Reginaldus Polus* Cardinalis, cujus libros quatuor pro Eccleſiaſticæ unitatis defenſione A. 1540. editos ſed rarius obvios *Petrus Paulus Vergerius* ita recudi curavit Argentorati 1555. fol. ut illis antidoti in vicem adjunxerit Lutheri librum contra Papatum à Diabolo conditum, Flacii de primatu Papæ, aliaque in Diario Theologico (Unſchuldige Nachrichten) A. 1701. p. 313. notata.

Regis ſcriptum, Papæ Concilium recuſantis, obvium apud Hortlederum T. 1. p. 117. 123. Melanchthon Epiſtola ad Vitum Theodorum data A. 1537. p. 39. edit. Jo. Sauberti: *Vidi hic excuſationem Regis Anglici, in qua ſcribit cauſas cur ad indictam Synodum venire recuſet. Sunt ἅμαξαι λοιδοριῶν in Pontificem.* Ejusdem

dem Melanchthonis Epiſtola qua Regi ulteriorem Reformationem urgendam ſuadet, legitur lib. 1. Epiſt. 18. editionis Londinenſis. Non tamen multum de eo ſperabat Lutherus. Vide ſis Lutheri & Collegarum Bedencken an den Chur-Fürſten Jo. Fridericum, dem Könige der Religion halben nicht viel zu trauen. Eliæ Frickii Lutheraniſmum Seckendorfianum p. 1764. ſq. D. Val. Erneſti Lœſcheri hiſtoriam motuum T. 2. p. 82. ſeq.

Jacobi I. Angliæ Regis formula jurisjurandi adverſus arrogatam Papæ in Angliam Regesque Angliæ poteſtatem, promulgata A. 1606. & adverſus Paulum V. & Bellarminum Apologia pro illa formula, exſtat inter Regis Opera, Lond. 1619. & Francof. 1689. fol. edita p. 112. ſqq. Confer B. D. Dannhaueri hodomoriam ſpiritus Papæi T. 1. p. 1334. ſqq.

Ad Cap. XLIII. De Luthero Wormatiam citato &c.

Electori Sax. Friderico per litteras ſciſcitanti e Luthero, quid facturus eſſet, ſi vocaretur a Cæſare, reſpondit A. 1520. 21. Dec. *Se omnino venturum eſſe, & Cæſaris vocationem pro Divina habiturum. Si vis fieret, ſicut veriſimile ſit, DEO commendaturum eſſe cauſſam ſuam, qui tres pueros in fornace ignis ſervaverit: Si vero ſervare nolit, parvam rem eſſe caput ſuum.* Et ad Georgium Spalatinum: *CHriſtus vivit, & intrabimus Wormatiam*

invitis omnibus portis inferni & potentatibus aëris. Idem poſtea ad FRIDERICUM Electorem, fratremque JOHANNEM A. 1524. 21. Aug. T. 2. Epiſt. p. 227. *Utcunque hic infirmus eram & egens, eum tamen animum tunc temporis obtinebam, ut ſi compertum habuiſſem tot malos genios adverſum me direxiſſe ſpicula, quot lateres Wormatiæ in tectis,* (*) *tamen ingreſſus adveniſſem.*

Epiſtola CAROLI V. Cæſaris ad FRIDERICUM Electorem, in W. E. Tentzelii Hiſtoriſchen Bericht von der Reformation, p. 480.

Formula citationis, Latine, T. 2. Witeb. p. 163. b. T. 2. Jen. p. 435. & Germanice T. 9. Witeb. p. 106. T. 1. Jen. p. 485.

Concio Lutheri Berbetomagum Vangionum ſive Wormatiam tendentis, habita Erfurti exſtat T. 1. Opp. Isleb. p. 31. T. 1. Altenb. p. 714. Confer Jac. Thomaſium τὸν μακαρίτην ad Jo. Meelſuhreri dicta Biblica, Germanice illuſtrata p. 769. ſeqq. & celeberr. Chriſtianum Schlegelium in vita Dan. Greſeri, Superint. Dresdenſ. p. 13. ſeq.

Qui præſentes in Comitis Wormatienſibus A. 1521. fuerunt, recenſentur apud Goldaſtum in Politiſchen Reichs-Händeln, p. 941-944. Vide & Opera Lutheri Germ. T. 9. Witeb. p. 103. T. 1. Jen. p. 482. T. 1. Altenb. p. 716.

Formu-

(*) D. Wernsdorf de Progreſſu Reformationis p. 54.

Formulæ ſalvi conductus a *Ducibus Saxoniæ* T. 1. Jen. Germanic. p. 486. T. 9. Witeb. p. 106. & diſcedenti Wormatia Luthero dati à *Philippo Hasſiæ Landgravio* T. 1. Jen. p. 496. T. 1. Witeb. p. 113. T. 1. Altenb. p. 727. *Ludovici Palatini* quoque memoratur à Paulo Seidelio in Vita Lutheri p. 46.

M. Jo. Gottlieb Molleri Lutherus Confeſſor, Martyri contradiſtinctus in Comitiis maxime Wormatienſibus. Roſtoch. 1693. 4.

Paſſio D. Lutheri ſecundum Marcellum, T. 2. Epiſt. Lutheri p. 11 ſqq. Karſthans ad Kegelhans. id. p. 14. b.

Ni vigil inſidias caviſſem, forte baratro
Carceris incluſus gemerem &c.

De poculo vini, Luthero propinato Wormatiæ, quem venepo mixtum fuiſſe tradunt apud *Maximilianum Miſſonium* itinere per Italiam, Gallice edito T. 1. p. 72. non ſine cauſſa dubitat B. D. *Georg. Henricus Gœtzius* diſſ. de reliquiis Lutheri §. 3. p. 12. ſq.

De Colloquio Lutheri cum Archiepiſcopo Trevirenſi, vide *Goldaſti* Politica Imperialia, p. 1099.

Rede und Widerrede D. Luthers apud eundem Goldaſtum in politiſchen Reichs-Handlungen. p. 105. in politiſchen Reichs-Händeln T. 1. cap. 14. p. 464. 466. & Acta pleniora in Politicis Imperialibus p. 1095. ſqq.

Die gantze Handlung ſo mit dem hochgelehrten D. Martino Luthero täglich, dieweil er auf dem

Käyſerl. Reichs-Tag zu Worms geweſt, ergangen iſt, aufs kürtzeſte begriffen, &c. Lipſ. 1521. 4.

Etliche ſonderliche fleißige, (nach geſchehener vor Käyſerl. Majeſt. Antwort) Handlung in D. Martin Luthers Sachen, durch Geiſt- und Weltliche Fürſten des Reichs. Auch etlicher hochgelahrten Doctoren der Heil. Schrifft, zu Worms, von Freytag nach Miſericordias Domini, biß auf Freytag nach Jubilate, den Tag ſeines Abſchiedes ergangen, &c. 1521. 4.

Georgii Spalatini epitome Actorum, in Clariſſimi Kappii ſpicilegio parte 2. p. 477. Vide & *Paulum Seidelium* in Lutheri vita p. 43. ſqq. *Seckendorffium* lib. 1. p. 142. *Jac. Burckhardum* in vita Ulrici Hutteni T. 2. p. 205. ſqq. Jo. Lud. Hartmanni Concilia, T. 4. p. 464. ſqq. *D. Jo. Andream Schmidium* ad Caſp. Sagittarii introduct. in Hiſt. Eccleſ. T. 2. p. 1502. ſq. & *Franciſci Caroli Conradi* memoriam ſæcularem Comitiorum Wormatienſium A. 1721. carmine Heroico celebratam. Unſchuldige Nachrichten 1723. p. 977-992.

Lutheri litteræ ad Carolum V. poſt abitionem ex Conventu Imperiali Wormatiæ T. 2. Opp. Latin. Witeb. 168. b. & T. 1. Epiſt. p. 316. Ad Electores, Principes & Ordines Imperii p. 319. b.

Ad

Ad Cap. XLIII. CAROLI V. Declaratio &c.

Reſcriptum Imperatoris ad Electores & Ordines Imperii datum 19. April. quo ipſis notum facit ſe adverſus Lutherum haud ſecus atque contra notorium hæreticum, deliberaſſe procedere: apud Jo. Chriſtian. Lunigium ſpicileg. Eccleſiaſt. T. 1. p. 379.

Der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät Edict, wider Martin Luthers Bücher und Lehre, ſeine Anhänger, Enthalter und Nachfolger, und etliche andere ſchmähliche Schrifften, auch Geſetz der Druckerey. Worms 1521. 4.

Edictum Wormatienſe apud Bzovium ad A. C. 1521. n. 15. T. 19. p. 390. Cochleum ad calcem actorum Lutheri, Coloniæ 1568. 8. Goldaſtum in Reichs-Satzungen T. 2. p. 187. Jo. Chriſtianum Lunigium in des deutſchen Reichs-Archivs parte ſpeciali Continuat. I. p. 152.

De cauſis non datæ executioni proſcriptionis Lutheri, D. Jo. Strauchius diſſ. VI. exoteric. p. 165. ſqq.

Caroli V. Edictum Noriberg. A. 1523. 6. Mart. de prohibendis Lutheri ſcriptis, T. 2. Opp. Latin. Witeb. p. 327. b. & Germanice T. 2. Isleb. p. 145. & T. 2. Altenb. p. 288.

Lutherus contra falſarios & calumniatores edicti Cæſarei, T. 2. Latin. Witeb. p. 359. & Ger-

Germanice T. 6. Witeb. p. 582. T. 2. Jen. p. 234. T. 2. Altenb. p. 290.

Zwey Käyſerl. uneinige und widerwärtige Gebote (zu Worms 8. Maji 1521. und zu Nürnberg 18. April. 1524.) den Luther betreffend, mit D. Lutheri Vorrede und Nachrede. T. 2. Latin. Witeb. p. 410. & Germanice T. 9. Witeb. p. 190. T. 2. Jen. p. 423. T. 2. Altenb. p. 771.

Ad Cap. XLIV. D. Lutheri a Carolo V. proſcripti eremus ſive Patmus Iſenacenſis.

Lutherus ad Nic. Gerbellium A. 1521. T. 1. Epiſt. p. 362. b. *Ceſſi publico, amicis ſuadentibus obſequutus, tum invitus, tum incertus an DEO gratum facerem. Ego quidem arbitrabar cervicem eſſe objectandam publico furori: ſed illis aliud viſum, quorum conſilio adornati equites* (*) *ſimulatis inſidiis me ceperunt in itinere, & in locum tutum, quo nunc ſuaviſſime tractor, poſuerunt. Sed mille me credas Satanibus objectum in hac otioſa ſolitudine. Tanto eſt facilius adverſus incarnatum Diabolum, id eſt adverſus homines, quam adverſus ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus pugnare. Sæpius ego cado: ſed ſuſtentat me rurſus dextra Excelſi: quo nomine & publicum denuo ſuſpiro: ſed nolo niſi vocarit Dominus.*

Lutheri

(*) Non invito Cæſare nec inſcio, Lutherum conſpectui hominum ſubductum fuiſſe ſuſpicatur Seckendorfius ſane veriſimiliter lib. 1. p. 160.

Lutheri effigies gladiata habitu equitis (Nobilis Georgii, Juncker Jörgen, Bzov. ad A. 1521. n. 25.) ad calcem programmatis, quo *Johannis Chriſtophori Lutheri* Orationem de Martino Luthero indixit *Jo. Frid. Scharfius*, Witebergæ 1686. Vide ſis etiam de hac eremo Lutheri, D. *Gœzium* Diſſ. de reliquiis Lutheri p. 15. ſeqq. *Chriſtianum Franciſcum Paullini* in Annalibus Iſenacenſibus *Georg. Mich. Pfefferkornium* in Chronico Thuringico p. 349. ſqq.

De Lutheri ex Patmo reditu, legendus inprimis Joach. Camerarius in vita Melanchthonis p. 45. ſqq. ad 50. ſqq. ubi diſerte ſcribit Melanchthonem crebris ſuis aliorumque litteris permoviſſe Lutherum ut Witebergam ſe ſe reciperet *animo excelſo & confidente. Et niſi hoc facere maturaſſet, res Witebergenſis non modo graviter afflicta atque vexata, ſed perdita & funditus diruta fuiſſet.* Ita præter Carolſtadium multa turbaverant *Marcus Stubnerus*, *Martinus Cellarius* & *Gabriel Didymus*. Lutherus Epiſtola ad Wenceſlaum Lincum Witebergæ data 1523. quæ male refertur ad 1521. T. 2. Epiſt. p. 9. 6. *Satanas fecit irruptionem in caulam meam, & docuit libertatem ſpiritus transferri in occaſionem carnis, & omiſſa charitatis ſervitute, ſchiſmatibus pertinacisſimis omnia confundere. Carlſtadius & Gabriel horum authores fuerunt monſtrorum, & Gabriel quidem ſeſe agnoſcit & in alium virum mutatus eſt, ille quid ſit futurus aut facturus, neſcio. Certum eſt interdicere ſuggeſtu. - - Hæc cauſa coëgit me redire, ut ſi CHriſtus velit, hanc ſcenam Satanæ deſtruam.* Adde de Gabriele p. 50. ad

ad quem Evangeliſtam Eccleſiæ Aldenburgenſis deinde ſcripſit p. 62. 65. b. 73. b. 80. Ad Spalatinum ſub ejusdem Anni 1523. initium 12. Jan. *Ne præſumas me denuo in angulum reverſurum eſſe. Inſaniant Behemoth & ſquamæ ejus.* Epiſtola autem data Bornæ, qua reditum e Patmo excuſat Friderico Electori, legitur T. 2. Latin. Witeb. p. 328. & T. 2. Jen. p. 544. b. in qua profitetur ſe Doctrinam Evangelii non ab hominibus ſed ab ipſo DEO accepiſſe, nec quicquam præſidii aut defenſionem ullam ab Electore petere aut expectare: imo ſi ſciat ab eo ſe defenſum iri, nolle in ejus opidum redire. Se ſolius DEI auxilio, & doctrinæ ac cauſæ ſuæ, quam certiſſime ſciat veram ac Divinam eſſe, bonitate fultum ad Eccleſiam ſuam reverti, ſpretis omnibus Pontificii & Cæſarei anathematis fulminibus.

Ad Cap. XLV. Epiſtola EMANUELIS, Regis ad FRIDERICUM III. Sapientem Electorem Sax.

Hanc Latine ex autographo quod Gothæ in archivo Celſiſſ. Principis ſervatur, circa idem quo Clariſſ. *Dumontius* tempus vulgavit Theologus meritis & doctrina celebratiſſimus *D. Erneſtus Salomo Cyprinus* inter plurima alia monumenta ad Hiſtoriam Reformationis ſpectantia, T. 2. relat. Hiſtoricæ Tentzelianæ Lipſ. 1718. 8. p. 213. ſq. addita

addita etiam Germanica Georgii Spalatini verſione p. 217.

Septem Conciones adverſus Carolſtadium, Lutheri ex Patmo reverſi.

Inter illas quæ memorantur T. 1. autographor. Lutheri & alior. p. 148. ſqq.

T. 1. Opp. Lutheri Isleb. p. 83. T. 2. Altenb. p. 99.

Wolfgangi Fabricii Capitonis was man halten und antworten ſoll von der Spaltung zwiſchen D. Luthern und Carlſtad. 1525. 4.

Unſchuldige Nachrichten A. 1728. p. 529. ubi de Lutheri in Carolſtadium beneficiis & ingrato hujus in Lutherum animo, ex *Joannis Schultzii*, Paſtoris Rhieſtadienſis ſerpente antiquo, oder Sacraments-Teufel, Islebiæ 1580. 8.

Eraſmus Alberus contra Carolſtadium.

Georgius Mylius Volumine diſpp. Theol. Jen. 1598. 8. diſp. XV. p. 228. b. ſqq.

AUREUS Caroloſtadio datus à Luthero, in arrham contentionis publicis ſcriptis ſuſcipiendæ.

Bericht und Handlung zwiſchen D. Luthero und D. Carlſtadt zu Jena 1524. geſchehen, T. 2. Altenb. p. 800.

Solida ac vera Aug. Confeſſionis hiſtoria contra Ambroſium Wolffium p. 26.

D. Jo.

D. Jo. Marbachius in der Widerlegung der vermeinten Troſt-Schrifft Dan. Toſſani, Tubing. 1579. 4. in præf. & p. 375. ſqq.

D. Jo. Georgii Neumanni Oratio de numo aureo quo Lutherus Carolſtadium ad certamen provocavit, Witeb. 1692. 4. Nouvell. rep. lettr. 1703. Août p. 185.

Liber Lutheri contra cœleſtes Prophetas. A. 1525.

T. 2. Witeb. p. 10. T. 3. Jen. p. 35. b. T. 3. Altenb. p. 40.

Analyſin ejus dedit *Georgius Mylius* in volumine diſpp. Theologicarum. Jen. 1598. 4.

Warnungs-Schrifft an die Chriſten zu Straßburg, ſich für die Schwermerey D. Carlſtadts fürzuſehen, T. 2. Witeb. p. 66. T. 3. Jen. p. 102. T. 3. Altenb. p. 103.

Carolſtadii Scripta.

Pleraque Carolſtadii ſcripta recenſentur in Diario Theologico (Unſchuldige Nachrichten) quæ hoc loco referre placet:

Homilien über den Propheten Malachiam. Ao. 1716. p. 192.

Von Gelübden A. 1715. p. 393.

Von beyden Geſtalten der heiligen Meſſe. A. 1713. p. 37.

Von dem Empfahen, Zeichen und Zuſage des Sacraments, Fleiſches und Bluts Chriſti, auch von Anbetung und Ehrerbietung der Zeichen des Neuen Teſtaments. A. 1714. p. 29.

Von

Von Anbetung und Ehrerbietung der Zeichen des Neuen Teſtaments. A. 1718. p. 179.

Epitome de impii juſtificatione quam non male ad inferos deductum reductumque vocaveris. A. 1712. p. 1086.

Von Päbſtlicher Heiligkeit A. 1714. p. 795.

De Canonicis Scripturis. A. 1713. p. 568. A. 1707. p. 548.

Welche Bücher Bibliſch ſind. A. 1717. p. 720.

Axiomata ſuper cœlibatu, monachatu & viduitate. Witeb. 1521. 4. A. 1713. p. 570. A. 1707. p. 550.

Vom Stand der Chriſtgläubigen Seelen, von Abrahams Schooß und Fegfeuer, A. 1713. p. 571. A. 1707. p. 551.

Von Päbſtlicher Heiligkeit. A. 1714. p. 759.

Vom Vermögen des Ablaſſes, wider Bruder Franc. Seyler, id. p. 1050.

Von geweyhetem Waſſer und Saltz, wider den Gardian Franc. Seyler, id. p. 1051.

Antwort wider Jo. Fritzhans, id. p. 1052.

Miſſive von der allerhöchſten Tugend, Gelaſſenheit. A. 1716. p. 191.

Contra Eccium, Verba DEI quanto candore prædicari debeant. A. 1707. p. 549.

Confutatio ad defenſivam Eccii. A. 1714. p. 28.

Epiſtola adverſus Eccii diſtinctionem, totum non totaliter. A. 1712. p. 1085. Confer ſupra p. 544.

Auslegung etlicher heil. Schrifften, berührt in den Figuren des Wagens. A. 1712. p. 485.

Theſes VII. Witebergæ A. 1521. publice affixæ exhibentur A. 1705. p. 659. Aliæ VIII. A. 1712. p. 163.

Hieron. Emſerus wider Carlſtad von Bildern. A. 1715. p. 437.

Sunt mihi etiam in manibus, Carolſtadii Verſtand des Worts Pauli, Rom. 9. **ich begehrte ein Verbannter zu ſeyn von Chriſto für meine Brüder:** was Bann und Aechte. 1524. 4.

Wie ſich der Glaub und Unglaub, gegen dem Licht und Finſterniß, gegen Wahrheit und Lügen, gegen GOtt und dem Teufel halten. Was der freye Will vermöge. Ob man alsbald glaub, als man GOttes Wahrheit gehöret. Von dem Einſprechen GOttes. Wer Augen hat, der wird mercken, was die Sünde in dem Heiligen Geiſt. Item, wenn man tauffet, wie ein erleuchtes und hohes Leben des Chriſten iſt. Die rohen Chriſten ſind in dem kleinen ungetreu und ungelaſſen, wie möchten ſie in dem groſſen gelaſſen und getreu ſeyn? 1525. 4.

Introitus Miſſæ in Carolſtadii nuptias, ex Cochlei Actis Lutheri ad A. 1525.

Dixit Dominus Deus, non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium, ſimile ſui.

Verſus.

Adhærebit homo uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.

Oratio vero ſeu Collecta ſic.

Deus qui poſt tam longam & impiam ſacerdotum tuorum cæcitatem, Beatum Andream Carolſtadium ea gratia donare dignatus es, ut primus, nulla habita Papiſtici juris ratione; uxorem ducere auſus fuerit: Da quæſumus, ut omnes ſacerdotes, recepta ſana mente, ejus veſtigia ſequentes, ejectis concu-

concubinis aut eiſdem ductis, ad legitimi conſortium thori conuertantur. Per Dominum noſtrum JEſum CHriſtum, Amen.

Proſa item ſeu Sequentia ſic.

Deus in tua virtute Andreas Carolſtadius gaudet & lætatur thalamo copulatus.

Piſcatio Epiſcopi: ipſe primum factus piſcator eſt uxorum.

Sacerdotes Pornolatras diu, ad normam reduxit matrimonii.

Is legibus jus Romanum tuis, Deus, victor ſtrenuus ſubjugavit.

Conſilium Pauli tui ſequens, & jam bonum ſe oſtentans conjugem.

Mirantibus invitisque Papiſtis, uxorem quæſitam ædibus nuper ſuis intulit.

Atque magno decore ſacerdos inſcripſit titulos conjugatos, Domine.

Illum ſacerdotem vere tuum credimus,
Chriſti filii tui atque fraterculum.
Nos ergo concubinis noſtris gravati te Deus poſcimus.
Ut illius, qui patres noſtros ſectatus antiquos tibi placet:
Nos imitatione gaudeamus in æternum.

Item Secreta ſic.

Sacrificium noſtrum quæſumus, Domine, benignus ſuſcipias, ut quod tuæ Majeſtati in Andreæ Carolſtadii nuptialibus primitiis devote offerimus, ejus efficacia à cunctis ſcortationis defendamur periculis. Per D. N.

Poſtremo Complenda ſic.

Sint nobis Domine auxilio ſumpti Sacramenti myſteria, & ſicut Andreæ Carolſtadii connubiali celebritate lætamur: Ita fac quæſumus, ſacerdotum conjugia

 toto

toto orbe feliciter auſpicentur, felicius ſuccedant & quam feliciſſime finiantur. Per Dominum noſtrum JEſum CHriſtum. Amen.

Ad Cap. XLVII. Colloquium cum Bohemis &c.

Joachimi Camerarii hiſtorica narratio de Eccleſiis fratrum Orthodoxorum in Bohemia, Moravia & Polonia, p 99. 127. 273. 413. *Seckendorfii* hiſt. Lutheraniſmi T. 1. p. 276. ſeq.

Fugæ ad Bohemos inſimulatum ſe memorat Lutherus T. 2. Opp. Latin. Witeb. p. 329. Sæpius quoque ipſi de conſenſu cum Bohemis facta invidia ab Eccio, aliisque: tamen Emſerus Bohemos voluit eſſe perſuaſos, Epiſtola ad Jo. Zackium Eccleſ. Pragenſ. Adminiſtratorem & Præpoſitum Leutmeritzenſem, Lutherum neutiquam cum illis facere. Unſchuld. Nachrichten A. 1720. p. 19.

Confeſſio Bohemica A. 1575. edita & 1608. iterum ſubjecta typis, Auguſtanæ in plerisque congruens, id. A. 1723. p. 873.

Ad Cap. XLIX. Minime Auctor Lutherus Munzerianorum tumultuum & Anabaptiſticorum.

Jam A. 1521. à Luthero editum ſcriptum: Eine treue Vermahnung zu allen Chriſten, ſich zu hüten für Aufruhr und Empörung. Witeb. 4. Vide Autographa Lutheri T. 2. p. 85.

War-

Warnung an die Stadt Mühlhauſen, ſich für Thomas Müntzern zu hüten. A. 1524. T. 2. Witeb. p. 9. T. 2. Jen. p. 455. T. 2. Altenb. p. 789.

Brief an die Fürſten zu Sachſen von dem aufrühriſchen Geiſt. A. 1524. T. 2. Witeb. p. 5. b. T. 2. Jen. p. 441. T. 2. Altenb. p. 790. An D. Jo. Ruhel, Mansfeldiſchen Cantzler, wie Graf Albrecht zu Mansfeld ſich gegen den aufrühriſchen Bauren verhalten ſoll. A. 1525. T. 1. Isleb. p. 215. T. 2. Altenb. p. 886. Plura T. 3. Altenb. p. 106. ſeqq. (ſupra p. 94.) & T. 6. p. 477. 479. Itaque T. 3. p. 520. b. de ſe ac ſcriptis ſuis: Wenns ſollte rühmens gelten, ich wüſte noch nicht, wer die Bauren am erſten und meiſten geſchlagen hätte.

Thom. Müntzeri invectivæ in Lutherum atroces in ſcripto A. 1524. edito, Hochverurſachte Schutz-Rede wider das geiſtloſe ſanfft-lebende Fleiſch zu Wittenberg. Unſchuldige Nachrichten A. 1707. p. 612. ſeq.

Aliud ejus ſcriptum, Proteſtation und Entbietung. Alſted. 1524. 4. id. A. 1706. p. 29.

Melanchthonem Pontifici ſub conditionibus ſimilibus primatum in Eccleſia non invidentem adverſus Boſſveti argutationes defendit Rev. D. Matthæus Pfaffius Origg. juris Eccleſ. pag. 185. Idem Melanchthon cum Auguſtæ Vindelicorum A. 1530. jurisdictionem concesſiſſet Epiſcopis, ſcribit ad Lutherum lib. I. Epiſt. 17. *Valde reprehendimur a noſtris, quod jurisdictionem Epiſcopis reddimus. Nam vulgus aſſuefactum libertati & ſemel excuſſo jugo Epiſcoporum, ægre patitur ſibi rurſus imponi illa vetera onera: & maxime oderunt illam dominationem Civitates Imperii.* Epiſt. 20. *Non credis quanto in odio ſim Noricis, & neſcio quibus aliis propter reſtitutam Epiſcopis jurisdictionem* &c. Idem Epiſt. 41. ad Georgium Anhaltinum: *Elector Marchio* (Brandeb.) *ſperat adverſarios non refragaturos doctrinæ, ſi nos Epiſcopis tribuamus uſitatum ἀξίωμα.* IV. 100. ad Camerarium: *Quidam legati mirifice mihi ſuccenſent, quod videor reſtituere Epiſcoporum regnum.* Et 99. *Jurisdictionem totam καὶ τὸ ἀξίωμα reddo Epiſcopis. Hoc fortaſſe urit quosdam, qui ægre patiuntur ſibi libertatem ſuam adimi. Sed utinam vel duriore conditione pacem redimere posſimus.* Plura 106. & 104. ubi inter alia: *Utinam utinam posſim non quidem dominationem confirmare, ſed adminiſtrationem reſtituere Epiſcoporum. Video enim qualem ſimus habituri Eccleſiam diſſoluta πολιτείᾳ Eccleſiaſtica. Video poſtea multo intolerabiliorem futuram tyrannidem, quam antea unquam fuit.*

In relationibus novantiquis (Unſchuld. Nachrichten von Alten und Neuen) A. 1713. p. 381. refertur Epiſtola *D. Frid. Ulrici Calixti*, in qua narrat ſibi cum Archiepiſcopo de Tina, Primate Croatiæ, hactenus conveniſſe, ut ipſe Pontificis nomine promiſerit Concilium, in quo Tridentinum novo examini ſubjiciatur, Proteſtantes ſedeant non ut rei ſed ut pars Judicum, & bulla ſollenni declaretur ipſos hæreticos non eſſe, Pontifex viciſſim à Proteſtantibus non habeatur pro Antichriſto, verùm pro primo Chriſtiani Orbis Patriarcha, cui Primatus non Jurisdictionis ſed Ordinis debeatur, jure non Divino ſed humano Eccleſiaſtico. Sed præſtare hæc voluiſſe vel potuiſſe, etiamſi voluiſſet, Archiepiſcopum alius credat, non ego.

Jo. Conradi Geiſthirtii Iſenacenſis hiſtoria Smalcaldica nondum lucem vidit quod ſciam, promiſſa in Diario Lipſienſi (Neuen Bücher-Saal) 36ſte Oeffnung A. 1714. T. 3. p. 840. in qua uberius de Articulis Smalcaldicis, ſicut etiam de fœdere Smalcaldico agere inſtituit, Grauliique ſcriptum Lipſiæ 1617. de D. Lutheri morbo Smalcaldico editum inſerere libro quarto. De quo morbo vide ſis etiam Melanchthonem lib. VI. Epiſt. p. 265. ſeq. & Chriſtiani Junckeri Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 130. ſq.

Poſt ſex calculos Gothæ editos, in quibus fuit unus fabæ magnitudine, iterum convaluit Lutherus rediitque cum Melanchthone Witebergam A. 1537. 14. Martii, ut hic teſtatur Epiſtola ad Vitum Theodorum p. 15. ſq. collectionis Sauber-

bertinæ. Idem lib. 1. Epiſt. 22. ad Lutherum pluribus teſtatur quantum & quam commune gaudium inſtaurata ejus valetudo omnibus attulerit.

Lutheri Methodus Studii Theologici.

Witebergæ A. 1727. 8. curante D. *Jo. Georgio Jochio* prodiit libellus qui inſcribitur: *B. Martini Lutheri methodus ſtudii Theologici*, *interprete* HIERONYMO WELLERO, cum notis & appendice de ſtudio Biblico ævi Apoſtolici. Eſt autem methodus hæc ſcriptum de ratione formandi ſtudii Theologici, compoſitum à laudato Theologo & diſcipulo Lutheri Wellero, miſſum A. 1561. ad amicum, & in Latinis ejus Operibus ſectione ultima p. 157. obvium, excuſis Lipſiæ curante B. Chriſtophoro Friderico Læmmelio, 1702. fol. Quæ autem ait à Luthero ſe accepiſſe Wellerus, ſane præclara, hæc ſunt: *Principio illud iterum iterumque te moneo, ut Sacram Scripturam longe aliter legas quam profanas litteras, videlicet ut cum quadam reverentia & ſumma animi intentione legas, non ut hominis & angeli verba, ſed ut verba Divinæ Majeſtatis, cujus unicum verbulum plus ponderis apud nos habeat, quam univerſa ſcripta ſapientiſſimorum & doctiſſimorum hominum. Huic lectioni crebras preces admiſceas. - - - Si quis locus Scripturæ paullo obſcurior occurrerit, ne te ſcrutanda hujus loci ſententia nimium torqueas, ſed omitte eum, donec perveneris ad peritiorem Theologum, quem de iſto loco conſulas. Porro ita ad lectionem ſacrarum litterarum accedas, quaſi tunc primum eas legere incipias, & diligenter ſingulo-*

 rum

rum verborum pondera perpendito, & piæ meditationi indulgebis: Ita demum fiet, ut ſemper novam doctrinam aut conſolationem inde percipias. Nulla enim res pernicioſior eſt Theologo, quàm hæc perſuaſio, ſe probe hunc locum Scripturæ intelligere & perdidiciſſe. Nam ſacra Scriptura quo magis legitur, hoc magis dulceſcit, & uberiorem conſolationem præbet legenti. Similis eſt enim herbæ odoriferæ, quæ quo magis conteritur, hoc fragantior fieri ſolet. Quid multa? Sacra Scriptura eſt inexhauſtus fons multiplicis doctrinæ & conſolationis, qui quo magis bibitur, hoc magis ſitim irritat, ſicut omnes afflictæ mentes teſtantur. - - Illud etiam admonere volo, ut ubi aliquod caput in ſacris litteris perlegeris, obſerves qui ſint præcipui hujus capitis loci; & poſtea verborum emphaſes, & pondera diligenter obſerves. Hæc diligentia bonos reddit Theologos. *Ea res, dicebat ad me olim Lutherus, me reddidit Theologum.*

Ad Cap. LXXIV. Lutheri Epiſtolæ.

De Joanne Aurifabro qui D. Lutheri collegit ediditque Epiſtolas & de aliis hoc nomine vide Rev. D. Zeltnerum in vita Jo. Luſtii p. 101. Jo. Molleri homonymoſcopiam p. 51. Auſerleſene Theologiſche Bibliothec T. 3. p. 398.

De Buddeano Epiſtolarum Lutheri ſupplemento Memorias litterarias Trevoltinas A. 1705. p. 1190. & Diarium Belgicum Boeckſaal van Europe 1705. T. 2. p. 146.

Epi-

Epiſtolæ A. 1519. ſcriptæ quinquaginta exhibentur à celeberr. D. Lœſchero in Actis Reformationis Tom. 3. p. 952 -- 1002.

At enim ſpem de pleniore edenda Epiſtolarum Lutheri ſylloge quam p. 211. dixi factam eſſe ab Theologo meritisſimo *D. Gottlieb Wernsdorfio*, prorſus jam decollaſſe, inſigni illo Eccleſiæ noſtræ lumine extincto Calendis Juliis Anni hujus 1729. omnes mecum dolebunt qui Academiæ Witebergenſi, qui Saxoniæ, qui litteris bene cupiunt.

Lutheri Epiſtolæ binæ, von unbilligen Abſetzen eines Predigers, leguntur etiam junctæ libro D. Joachimi Morlini, vom Beruf der Prediger, und wie ferne weltliche Obrigkeit Macht hat, dieſelbigen ihres Ampts zu entſetzen. 1565. 4. & in Opp. Lutheri Jen. T. V. p. 327. T. 8. p. 188. Witeb. T. 9. p. 466. Altenb. T. 5. p. 585.

Ad *Jo. Agricolam* in Rev. Jo. Martini Schamelii Numburgo litterato p. 125.

Ad *Albertum Brandenb.* & Moguntinum Archiep. Epiſtola plena zeli & fiduciæ, cum ille A. 1521. poſt Tetzelii mortem indulgentias iterum Halæ Sax. venditari permiſiſſet, una cum clemente & humana Alberti reſponſione exhibetur à B. D. Wolfgango Franzio ad calcem catalogi reliquiarum, Hiſtoriſche Erzehlung der beyden Heiligthümer zu Wittenberg und Halle, Witeb. 1618. 4. & in Operibus Lutheri T. 1. Altenb. p. 925. 927.

D. Ni-

D. Nicolao Amsdorfio. Unſchuld. Nachrichten 1721. p. 562. De hoc Amsdorfio conſulendus laudatus Schamelius p. 41. ſeq.

Anonymo in Unſchuldigen Nachrichten 1722. p. 189.

Amicis & Chriſtianis *Argentinæ*, in centuria Epiſtolarum Melanchthonis & aliorum ad Jo. Swebelium, Superintendenten Bipontinum, Epiſt. LXIX. LXXI. LXXIII.

Gunthero de Binau Unſchuldige Nachrichten 1708. p. 465.

Hermanno Bonno, in Rev. Caſp. Henr. Starckii Lebens-Beſchreibnng der Lübeckiſchen Superintendenten, & in Hiſtor. Eccleſiæ Lubecenſis Germanice edita p. 90.

Dei electis in CHriſto amicis Bremæ, de Henrico Sudphanienſi. Adde Cochleum in actis Lutheri A. 1524. p. 125. b.

Joanni Brieſmanno in V. C. Michaëlis Lilienthal erläuterten Preuſſen T. 1. p. 247. & Gallice in Diario Berolinenſi, Bibliotheque Germanique T. XV. p. 224. De hoc Brieſmanno plura in laudato Pruſſiæ illuſtratæ opere, nec non in Diario Theologico, Unſchuldige Nachrichten A. 1727. p. 888. ubi & iconem ære deſcriptam videre licet) & p. 1056. 1059. 1062.

Georgio Bucholzero, Præpoſito Berolinenſi, T. 7. Altenb. p. 718. neque alia eſt Epiſtola quæ memoratur in Catalogo Bibl. Plarrianæ p. 399.

Ad

Ad CAROLUM Sabaudiæ Ducem Epiſtola, una cum *Annemundi Coċti*, Equitis Galli, qui eam Duci reddidit, litteris vulgata ſeparatim 1525. 8. addita Zwinglii ad Petrum Sebivillam Epiſtola. Annemundi litteras habes etiam in Unſchuldigen Nachrichten 1711, p. 311.

Catharinæ, D. Lutheri conjugi, Lieber Herr Keth, data Epiſtola Marpurgo A. 1529. in Clariſſ. Miegii monumentis pietatis & litterariis parte 2. p. 39. Monathl. Auszug 1701. Sept. p. 9. Erläutertes Preuſſen T. 1. &c. Vide & Bibl. hiſtorico Theol. Bremenſ. T. 4. p. 934.

CHRISTIANO Daniæ Regi A. 1544. contra Conradum Peutingerum, in actis litterariis Sueciæ A. 1724. p. 597.

Joanni Croto. Unſchuldige Nachrichten A. 1710. p. 199.

Verbi Miniſtris *Cygneæ*. id. A. 1721. p. 715.

Von den Heiligen, Epiſtel oder Unterricht an die Kirche zu Erfurt, in GOtt verſammlet, 1522. 4. An die Prediger zu Erfurt D. Jo. Lango, M. Petro &c. A. 1533. e MS. Unſchuld. Nachrichten 1712. p. 295. Subſcripſere D. Lutherus, Melanchthon & Jonas.

Wolfg. Capitoni Fabricio & Collegis, *Hedioni* ac *Bucero*, in Bibl. hiſtorico Theol. Bremenſ. T. 4. p. 914.

Ordinationis teſtimonium *Joanni Fiſchero* datum A. 1540. Unſchuldige Nachrichten A. 1715. p. 190.

Joanni

Joanni Forſtero, Præpoſito S. Laurentii Norimbergenſi, legato CHriſti Regenſpurgenſi, id. A. 1708. p. 721. & A. 1715. p. 406.

Melchiori Frentzel, in Collectaneis locor. communium Nicolai Ericei, p. 45.

FRIDERICO Electori Sax. in Rev. D. Chriſtoph. Henr. Zeibichii Hiſtoria Catechiſmi Vinarienſis p. 86. *D. E. S. Cypriani* Urkunden zur Reformat. T. 1. p. 382. 385. 416. 423.

Literas Lutheri ad *Fuchſium* memorat Melanchthon lib. IV. Epiſt. 115.

Nicolao Gerbellio. De hoc vide ſis Vitam Reuchlini ſcriptam à B. D. Jo. Henrico Majo p. 87. ſeq.

Gottſaligo. Hic idem eſt cum Gottſchalco Cruſio ſive Kruſio, Brunſvicenſi, de quo V. C. Henricus Jo. Bytemeiſterus libro de vita & meritis Præſulum Lunæburgenſium, Helmſtad. 1728. 4. p. 3. ſeq. & 79. 80. ubi hæ ipſæ Lutheri ad eum Epiſtolæ.

Danieli Greſſero, parocho Dresdenſi. Unſchuldige Nachrichten A. 1715. p. 407.

Grimmenſis Eccleſiæ Paſtori, in Nic. Ericei collectaneis locorum communium, Frf. 1566. 8. p. 44.

GUSTAVO I. Sueciæ Regi, de cauſſa deſertæ à Conrado Peutingero uxoris, in Actis litterariis Sueciæ A. 1724. p. 594.

Hallenſibus. Troſt-Brief nach meuchelmörderiſcher Ermordung ihres erſten Predigers, George Wincklers, A. 1527. Separatim hæc Epiſtola

piſtola cum excerptis ex duabus Lutheri Concionibus Halæ habitis recuſa 1727. 8. curante Rev. Jo. Jacobo Rambachio, Theologo Hallenſi.

Nicolao Hauſmanno. Unſchuldige Nachrichten A. 1721. p. 565. Adde quæ de hoc viro A. 1724. p. 1022. & A. 1727. p. 11.

Paulo Heugen, Conſuli Kilonienſi, in Rev. Jo. Melchioris Kraftii Huſumiſchen Zwey Hundertjährigen Jubel-Gedächtniß p. 447.

Joanni Hontero Coronenſi in *Hungaria* Evangeliſtæ. Unſchuldige Nachrichten A. 1715. p. 591. *Hungaris*. id. A. 1716. p. 570. A. 1718. p. 931.

JOANNI FRIDERICO Electori Sax. in Melanchthonis Chriſtlichen Berathſchlagungen oder Theologiſchen Rathſchlägen. p. 5. ſeq.

D. Juſto Jonæ, Archiepiſcopo Miſnenſi & Saxoniæ. Unſchuldige Nachrichten A. 1721. p. 172. 359. A. 1704. p. 828. Rev. Jo. Martinus Schamelius in Numburgo litterato p. 124. V. C. Tobias Eckardus de MSS. Codd. Quedlinburgenſibus p. 91.

Joanni Lango. Kappii Nachleſe T. 2. p. 747.

Wenceslao Linco. Unſchuldige Nachrichten 1721. p. 716. Plures Lutheri ad hunc Lincum Epiſtolas ineditas posſidet laudatus Jo. Melchior Kraftius, quas editurus eſt veluti ſupplementum ad Epiſtolas variorum, ad eundem Lincum ſcriptas quas ſub titulo Analectorum ſuperioris ævi vulgavit celeberrimus Albertus Meno Verportenius, Paſtor tunc Sonneburgenſis, poſtea Director Gymnaſii

mnaſii Coburgenſis. Specimen vide in modo laudati Caſp. Henrici Starckii, Paſtoris ad Eccleſiam ſeptem arborum, Hiſtoria Eccleſiæ Lubecenſis, Germanice, Hamb. 1724. 4. edita p. 14. De Epiſtola ad hunc Lincum intercepta notum Lutheri ſcriptum quod A. 1528. publicavit von heimlichen und geſtohlnen Brieffen, T. 4. Jen. p. 532. T. 4. Altenb. p. 628.

Barbaræ Liſskirchen D. Hieron. Welleri ſorori, A. 1535. Unſchuldige Nachrichten 1728. p. 858.

Comitibus MANSFELDENSIBUS in B. Jo. Georgii Leuckfeldii hiſtoria Spangenbergiana p. 8.

Margaretæ matri A. 1531. T. 5. Opp. Altenb. p. 587.

Philippo Melanchthoni, Optimo Viro, Diſcipulo CHriſti ſyncero, ſuo Fratri charisſimo. Unſchuldige Nachrichten A. 1704. p. 825. Jo. Manlius farragine Epiſtolarum Melanchthonis p. 458. in qua etiam p. 485. dehortatio ad eum Lutheri de fugienda ſolitudine. Tobias Eckard de Codicibus MSS. Quedlinburgenſibus p. 89. Jo. Henricus van Seelen in Deliciis Epiſtolicis p. 1. Lubec. 1729. 8.

Juſto Menio Epiſcopo Iſenacenſi. Unſchuld. Nachrichten A. 1721. p. 357.

Joſepho Levino Metſch, id. A. 1712. p. 13. A. 1713. p. 343.

Friderico Myconio Jo. Martinus Schamelius in Numburgo litterato p. 123. Obiit Myconius

nius non diu poſt Lutherum eodem Anno 1546. quo Juſtus Menius concione funebri ei Gothæ parentavit d. 8. Aprilis. Unſchuldige Nachrichten 1711. p. 405.

Ad Theologos *Norimbergenſes* de diſſenſione ſuper privata abſolutione, cum Melanchthonis Epiſtola ad Johannem Brentium de Juſtificatione, prodiit Lipſiæ 1572. 8. Confer celeb. D. Jo. Fabricii Helmſt. Bibliothecam T. 6. p. 497. Alias Lutheri litteras quibus baptiſmum ſub conditione impertitum improbavit, memorat Melanchthon lib. IV. Epiſt. 115.

Verbi Miniſtris in *Northuſia*. Jo. Manlius inter Melanchthonis Epiſtolas p. 289. Unſchuldige Nachrichten 1728. p. 499. B. Jo. Henricus Kindervater in Nordhuſa illuſtrata p. 263.

Antonio Ottoni vide Northuſ.

Chriſtophoro Piſcatori, in Epiſtolis Theologicis à Conrado Schluſſelburgio editis p. 1.

Georgio de Polentis, vero Epiſcopo Sambienſis Eccleſiæ (Sammland in Preuſſen) lib. 2. Epiſt. Lutheri p. 285. De præclaro illo viro vide ſi placet Chriſtoph. Hartknochii hiſtoriam Eccleſ. libro 2. Unſchuldige Nachrichten A. 1715. p. 415. A. 1727. p. 5054. 1058.

Hans von Ponecken. id. A. 1705. p. 19.

Principibus, de lite juris ſine Advocatorum cauſſationibus decidenda. id. A. 1705. p. 763.

Jacobo Probſt (Præpoſito) Paſtori Eccleſiæ Bremenſis, Epiſtola A. 1530. & alia A. 1546. paullo ante obitum à D. Luthero data legi-

tur in Confeſſione Eccleſiarum Saxonicarum A. 1556. recuſa Francofurti 1614. 4. Hujus Præpoſiti Diſputatio ſive theſes Witebergæ propoſitæ de Spiritu & littera exhibentur in Unſchuldigen Nachrichten A. 1708. p. 732. Epiſtola B. Joachimi Weſtphali ad hunc Præpoſitum data A. 1557. 23. Mart. in Vener. D. Lœſcheri hiſtoria motuum T. 2. p. 111 -- 116.

D. Petro Lupino Radbemio, cuſtodi, Præceptori ſuo, Dedicatio commentarii Epiſtolæ ad Galatas; Etiam in laudati Lœſcheri Actis Reformationis T. 3. p. 958.

Hanſen von Rechenberg, ob jemand ohne Glauben ſelig werde. Unſchuldige Nachrichten A. 1728. p. 1077. ubi tanquam in tomis operum Lutheri omiſſa offertur ex editione prima Anni 1522. & de Rechenbergio illa plura p. 1024. Eadem tamen eſt quæ exſtat T. 6. Witeb. p. 424. T. 2. Jen. 248. & T. 2. Altenb. p. 349.

Urbano Regio. Unſchuldige Nachrichten 1705. p. 639.

Joanni Reuchlino A. 1515. in B. Jo. Henrici Maji libro de Reuchlini vita p. 223.

Joanni Riedeſel ſive *Rieteſel* T. V. Opp. Altenb. p. 984. Unſchuldige Nachrichten A. 1706. p. 671. 769. Integrum Epiſtolarum Luheri faſciculum ad Joannem a Riedeſel, cubicularium Electoris ſcriptarum relatum eſſe A. 1707. in Bibliothecam illuſtrisſimi Comitis à Ronow, teſtatur B. D. Chriſtianus Sonntagius, Theologus Altdorfinus in Diſſ. de

ſcripto-

ſcriptoribus ſæculi XVI. & XVII. p. 52. Altdorf. 1710. 4.

Bernhardo Rothmanno, Monaſterii Weſtphaliæ Miniſtro A. 1532. in V. C. Joh. Henrici van Seelen Philocalia Epiſtolica p. 1. Roſtoch. 1727. 8.

Stephano Roth. De hoc Unſchuldige Nachrichten A. 1727. p. 11. & p. 351. ubi à Nic. Hauſmanno vocatur Interpres Witebergenſis.

Franciſco von Sickingen ex Patmo ſua Lutherus A. 1521. dedicavit libellum de Confeſſione T. 1. Altenb. p. 783. De hoc Sickingio forti viro & nobili, qui A. 1523. diem obiit, Unſchuldige Nachrichten 1728. p. 496. ſq. ubi quoque obvia eſt ejus effigies. *Franciſcum Sicanum* vocat Jo. Reuchlinus, cujus vitam à laudato D. Majo ſcriptam vide ſis p. 509. 512.

Georgio Spalatino. Unſchuldige Nachrichten A. 1721. p. 174. Præclari hujus viri proprium nomen fuit *Burckard*, ſed notius illud alterum quod pro more illius temporis tulit a patria ſua *Spalta* ſive *Spaltenia* opido Franconiæ, ubi pater ejus coriariam exercuit. Vide Jo. Mullerum in ſchediaſmate de Præſulibus Eccleſiæ Altenburgenſis. Cætera dabunt viri celeb. Caſp. Sagittarius & Chriſtianus Schlegelius in Georg. Spalatini vita.

Joanni Spangenbergio. Vide ſupra *Nordthuſ.*

Georgio Spenlein in Eccleſia Arnſtadienſi Paſtori. Unſchuldig Nachrichten A. 1708. p. 657. Epiſtola

ſtola inſignis de ſuadenda inter offenſos concordia & reconciliatione.

Michaëli Stifelio. id. A. 1701. p. 227.

STOLBERGENSI Comiti A. 1522. id. A. 1726. p. 195. wider die Bildſtürmerey.

Gerardo Villscampo de Sanctis (Viskampio Santio ſive Xantio, a patria Santena in Ducatu Clivenſi) Bibl. hiſtorico Theol. Bremenſis T. 1. faſcic. 2. p. 138. ubi Epiſtola Lutheri exhibetur cum notis Clariſſimi Viri, *Jo. Ludolphi Bunemanni*, Gymnaſii Mindenſis Rectoris.

Hieronymo Wellero, in Nic. Ericei collectaneis locorum communium Lutheri & Melanchthonis, Frf. 1566. 8. p. 43. b.

Conrado Wulf, Civi Kilonienſi, in Rev. Jo. Melchioris Kraftii Huſumiſchen Jubel-Gedächtniß p. 448.

Ad Cap. LXXVI. Ad Lutherum Epiſtolæ, ſive de Luthero & ſacrorum Reformatione.

Jo. Botzhemi Abſtemii, D. & Canonici Conſtantienſis ad Lutherum A. 1520. in V. C. Jo. Erhardi Kappii Nachleſe T. 2. p. 431.

Jo. Agricolæ ad Jo. Fabrum. id. p. 691. ad Caſp. Churririum p. 693.

Auguſtini Alveld, Franciſcani A. 1520. ad Carolum Miltitium: in Herrn D. Ernſt. Sal. Cypriani nützli-

nützlichen Urkunden zur Reformation T. 2. p. 160. 161. ad Lutherum p. 162.

Nic. Amsdorfii Theſes de bonis Operibus. Kappii Nachleſe T. 2. p. 553.

Caſp. Aquila, Superint. Salfeld. an Chur-Fürſt zu Sachſen A. 1547. Hortleder III. c. 80. p. 585. & emendatius apud Cyprianum T. 2. p. 482. ad Electorem JO. FRIDERICUM captivum, id. p. 489.

Arſchotti & *Naſſov.* ad FRIDERICUM Electorem Sax. Cyprian. Urkunden T. 2. p. 190. Latine & p. 191. Germanice.

Auguſtinianorum Grimmenſium Conventus Acta A. 1522. Kappii Nachleſe T. 2. p. 536.

Bambergenſis Epiſcopi *Wigandi* Sententia contra Præpoſitos Nurmbergenſes. Kapp. T. 2. p. 635.

Georgii Besleri & *Hectoris Bremeri*, Præpoſitorum Nurmbergenſium Capita de abolitis ceremoniis A. 1524. Kapp. T. 2. p. 627.

Jo. Briſmanni Theſes A. 1523. Kappii Nachleſe T. 2. p. 595.

Martini Buceri Epiſt. ad Lutherum, *in collectione Manliana Epiſtolar. Melanchthonis* p. 444.

Cajetani Cardinalis Memorial an Carolum von Miltitz. Cypr. Urkunden T. 2. p. 115. Latine & p. 116. Germanice.

Carolſtadii Theſes de Conjugio Sacerdotum A. 1521. Kappii Nachleſe T. 2. p. 462. *Ejusdem* & *Melanchthonis* atque *Jo. Agricolæ* ad Jo. Schleinitzium Epiſcopum Miſn. pro Sacer-

 dote

dote ob conjugium initum A. 1521. 18. Jul. captivo p. 464.

CASIMIRI Marchionis Brandenb. Articuli A. 1524. Kapp. T. 2. p. 632.

CAROLI V. Imp. ad Electorem Sax. FRIDERICUM, Cypriani Urkunden T. 1. p. 480. 483. de Luthero Wormatiam mittendo T. 2. p. 211.

Edictum contra receſſum Norimbergenſem A. 1523. id. T. 2. p. 304.

Ad Univerſitatem Viennenſem Epiſtola, cum præf. Hieron. Emſeri ad D. Udalaricum Rulein de Calw, Phyſicum Friburgenſem, 1521. 4.

CHRISTIERNI II. Daniæ Regis ad G. Spalatinum Cypr. T. 2. p. 290. 291. 292. & ex Germanica G. Spalatini verſione p. 297. adde Kappii Nachleſe T. 2. p. 603.

Conſiliariorum Saxon. ad Electorem Fridericum. E. S. Cypriani Urkunden T. 1. p. 408. 492. ad Conſiliarios Cizenſes p. 461. 471. T. 2. p. 181. ad Academ. Witeberg. p. 462. ad Ducem Saxon. Joannem p. 474. ad Melanchthonem T. 2. p. 184. ad Conſiliarios Witeberg. T. 2. p. 186.

Conſiliariorum Cizenſium ad Conſiliarios Saxonicos. id. T. 1. p. 458. 469.

Croti Rubiani ad Lutherum Witeb. 1521. ut ſibi caveat ab adverſariorum inſidiis & truculentia. Unſchuld. Nachrichten A. 1723. p. 704.

Michaëlis Dalenbroeck, Carthuſiani, ad Lutherum A. 1536. in Jo. Henrici van Seelen deliciis Epiſtol. p. 9 -- 45.

Sigiſ-

Sigismund von Dietrichſtein ad Electorem Fridericum, de Hieronymi de Endorf Conſilio circa Bullam Pontificis ab Eccio publicatam Ingolſtadii. Cypriani Urkunden T. 1. p. 498.

Doltzigs von Stifft und Univerſität Wittenberg. Cypr. T. 2. p. 372. Hic eſt *Hans Doltzk*, de quo J. Erh. Kappii Nachleſe T. 1. p. 54. 59. 211. 311.

Hieron. Ebneri & *Caſp. Nuzelii* Litteræ ad FRIDERICUM Electorem, datæ Norimbergæ A. 1523. de mandato ab Imp. contra Lutherum dato Burgosſi Caſtellæ civitate. Cypr. T. 2. Urkunden p. 300.

Jo. Eccii ad D. Schmidbergium, Officialem Cizenſem. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 178.

Henrici & *Abrahami de Einſiedel* Controverſiæ cum Georgio Duce Sax. in Jo. Erhardi Kappii Nachleſe T. 1. p. 30. ſqq. 60. 125. Epiſtolæ & Conſilia p. 121. 132. 136. 144. 146. 147. 150. 152. 156. 167. 175. 212. 219. 226. 229. 248. 286. an Hertzog Georgen p. 246. 253. 255. 260. an D. Luthern p. 350. an Melanchthonem p. 355. 360. 363. Verzeichniß ihrer Pfarren ſampt ihren Filialen p. 305. Vollmacht p. 349.

EMANUELIS Regis Portugalliæ ad FRIDERICUM Sapientem, ſupra p. 85. & 570.

Hieronymi von Endorf Bedencken an Sigiſm. von Dietrichſtein. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 199.

Erardi a Marka, Epiſcopi Leodienſis, ad Maximilianum Imp. & Ordines Imperii in Co-

mitiis A. 1518. de gravaminibus Nationis Germanicæ. Kappii Nachleſe T 2. p. 409.

Erfurtenſis Senatus ad Lutherum & Melanchthonem de tumultibus ruſticorum A. 1525. D. Cyprian. T. 2. p. 343.

Wolfg. Fabricii Capitonis ad Lutherum. Bibl. Bremenſ. T. 4. p. 920. 924. 929. ad D. H. Stromerum Aurbachium A. 1524. Kappii Nachleſe p. 610.

Ex *Guilelmi Farelli* litteris. Kappii Nachleſe T. 2. p. 603.

Franciſcanorum Vinarienſium ad FRIDERICUM Electorem. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 234. 240.

FRANCISCI, Regis Galliæ, ad Electorem Sax. FRIDERICUM. Cypr. Urkunden T. 2. p. 114.

FRIDERICI, Electoris Sax. ad CAROLUM V. Imp. id. T. 1. p. 486.

ad Arſchott. & Naſſov. T. 2. p. 193. 195.

ad Cajetanum Card. id. T. 2. p. 109.

ad Hieron. Ebnerum & Caſp. Nuzelium T. 2. p. 311.

ad Franciſcanos Vinarienſes T. 2. p. 238.

ad Carolum Miltitium, nuncium Apoſtolicum, T. 1. p. 387. 434. T. 2. p. 131. 133. 155.

ad Equitem Hans von Plawnitz. T. 2. p. 262.

ad Equitem Hans von Rechenberg. T. 2. p. 255.

ad G. Spalatinum de colloquio Liebenswerdenſi Lutheri cum Miltitio A. 1519. T. 2. p. 129.

Litteræ ſalvi conductus pro feciali Anglicano A. 1523. T. 2. p. 285.

FRIDE-

FRIDERICI Electoris, fratrisque JOHANNIS ad Einſidelios. Kappii Nachleſe T. 2. p. 584.

FRIDERICI Electoris & JOANNIS Ducis ad Henricum VIII. Angliæ R. D. Cypriani Urkunden T. 2. p 276.

Jo. Froſchii Carmelitæ Auguſtani, Salve Regina. Kappii Nachleſe T. 2. p. 623.

Gabrielis Didymi de exequiis FRID. Sapientis celebrandis. Cyprian. T. 2. p. 329.

Nic. Gerbellii ad Juſtum Jonam A. 1524. Kappii Nachleſe T. 2. p. 601.

Germanorum gravamina adverſus curiam Rom. A. 1526. Germanicè Cyprian. T. 2. p. 381-404. adde Kappii Nachleſe T. 2. p. 436. ſeq.

Haſſiacorum Theologorum Bedencken wegen der Wittenbergiſchen Reformation A. 1545. Cyprian. T. 2. p. 479.

Eraſmi Haucks ſcribæ publici Swinfurtenſis ad G. Spalatinum A. 1532. Kappii Nachleſe T. 2. p. 740.

HENRICI VIII. ad Carolum V. Latine, D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 222. & Germanice ex G. Spalatini verſione p. 226.

Ad Ludovicum Electorem Palatinum. Latine in Kappii Nachleſe T. 2. p. 458. Germanice apud Cyprian. T. 2. p. 130.

Henrici Zutphanienſis theſes contra Miſſam privatam, in Kappii Nachleſe T. 2. p. 487. ad Jac. Hyperenſem & Reynerum A. 1522. p. 550.

J. H. (Joannis Heſſi) theſes A. 1521. & 1524. Witebergæ diſputatæ. Kappii Nachleſe T. 2. p. 476. 605. 606.

JOANNIS Ducis Sax. ad fratrem FRID. Electorem. D. Cypriani Urkunden T. 1. p. 506. ad Equitem, Hans von Sternberg T. 2. p. 260.
Ejusdem Electoris, Inſtruction an die Univerſität Wittenberg A. 1525. id. T. 2. p. 362. 370.
Viſitations-Befehl an Henrich und Abraham von Einſiedel. A. 1527. 1529. Kappii Nachleſe T. 1. p. 173. 184. 185. 187. 225. 229. Viſitations-Articfel p. 188. 233. Befehl an die Pfarrer und Prediger A. 1529. p. 193. an die Räthe in den Städten p. 195. an die Bauren p. 197. Abſchied denen von Adel. p. 199.
Befehl wider die Wiedertäuffer A. 1528. id. T. 1. p. 176. Wegen der Geiſtlichen Lehen und anderer Anordnungen p. 180.
JO. FRIDERICI Electoris ad G. Spalatinum. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 259. ex carcere ad Greg. Brugken ſive Pontanum Cancellar. id. T. 2. p. 500.
JO. FRIDERICI jun. & fratris JO. WILHELMI ad Superint. Gothanum. Cypr. T. 2. p. 508.
Juſti Jonæ, Præpoſiti Witeb. de corrigendis cærimoniis A. 1533. Kappii Nachleſe T. 2. p. 590. 591. Ejusdem & Melanchthonis Bedencken für einen von der Ritterſchafft A. 1531. p. 736.
Jo. Langii theſes, in Kappii Nachleſe T. 2. p. 515. contra Alveldi Franciſcani diſp. Vinarienſem A. 1522. p. 527. articuli quibus petit ſe abſolvi ab ordine Monaſtico. p. 529.

LEO

LEO X. ad FRIDERICUM Electorem Sax. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 62. 66. 71. 75. 164. 173.
ad Carolum Miltitium id. T. 2. p. 56. Latine & p. 58. Germanice
ad Epiſcopum miſſam celebraturum, cum Electori Roſa aurea offerretur id T. 2. p. 96.
ad præfectum & Senatum Witebergenſem T. 2. p. 98. Latine & p. 101. Germanice
ad Degenhardum Pfeffingerum T. 2. p. 82.
ad G. Spalatinum id. T. 2. p. 86. Junckeri Ehren-Gedächtniß Lutheri p. 529.

Litania Germanorum pro Luthero A. 1520. in Kappii Nachleſe T. 2. p. 500.

LUDOVICI II. Regis Hungariæ ad FRIDERICUM Electorem A. 1524. Cypriani Urkunden T. 1. p. 504. Edictum contra Lutherum T. 2. p. 321. Epiſtola de periculo à Turcis A. 1521. Kappii Nachleſe T. 2. p. 461.

LUDOVICI, Electoris Palatini ad Melanchthonem A. 1525. de tumultibus Ruſticorum. Cypr. T. 2. p. 345.

MAXIMILIANI Imp. edictum pro conſervatione Concordiarum Germaniæ A. 1518. J. E. Kappii Nachleſe T. 2. p. 418.

Cardinalis JULII de MEDICIS ad Degenhardum Pfeffingerum. D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 84. ad Georg. Spalatinum p. 89.

Jacobi Meieri, Conſulis Baſil. ad Lutherum. Bibl. Bremenſ. T. 4. p. 903.

Philippi

Philippi Melanchthonis ad Henr. ab Einſiedel de moderamine inculpatæ tutelæ etiam adverſus Principem. Kappii Nachleſe T. 1. p. 204. Von den Fron-Dienſten A. 1549. p. 359. 364. 366. ſqq. Theſes A. 1530. in Comitiis Auguſtanis T. 2. p. 724-732. Rathſchlag des Tridentiniſchen Concilii halben A. 1541. p. 750.

Caroli Miltitii, Nuncii Apoſtolici, ad Electorem Conſilium de componenda controverſia. D. Cypriani UrkundenT. 2. p. 134.
ad Georg. Spalatinum T. 2. p. 53. 104. 120.
ad Lutherum T. 2. p. 123. 127. 177.
ad Degenhardum Pfeffingerum 1519. T. 1. p. 376.
ad Electorem FRIDERICUM A. 1519. p. 378. 399. 405. 411. 418. 419. 425. 429. 431. 436. 447. 499. T. 2. p. 153.

Idem laudatiſſimus Cyprianus de Miltitiana negotiatione in Lutheri cauſa A. 1518. ſq. accurate diſſerit T. 2. p. 42. ſeq. adde p. 142. 148.

Montisferratenſis Marchionis Guilelmi ad Fridericum Electorem. Cypr. T. 2. Urkunden p. 167.

Interrogationes Magiſtro *Thomæ Muntzero* transmiſſæ A. 1524. Kappii Nachleſe T. 2. p. 631.

Conradi Mutiani Epiſtola ad Juſtum Jonam A. 1521. (addenda Epiſtolis ejus A. 1701. 4. a Clariſſ. W. E. Tentzelio editis) Kappii Nachleſe T. 2. p. 475.

Simon Piſtoris ad Henr. & Abrahamum de Einſiedel. Jo. Erhard Kappii Nachleſe T. 1. p. 78.

Hans

Hans von Plawnitz, Ritter, an Chur-Fürſt Friedrich, D. Cypriani Urkunden T. 2. p. 267.

Rudolph von der Plawnitz und *Hans von Weiſſenbach*, Ritter, A. 1525. vom Bauren-Kriege. Cypr. T. 2. p. 354.

Wilhelmi Praveſt an Lutherum, in Jo. Melch. Kraftii Huſumiſchen Jubel-Gedächtniß pag. 446. ſq.

Hulrich Prews, Parochi Wormat. Teſtimonium pro matrimonio A. 1524. Kappii Nachleſe T. 2. p. 621.

Hermanni Rab, Provincialis Saxoniæ, ad Carolum Miltitium. Cypriani Urkunden T. 2. p. 106.

Hans Rechenberg ad FRID. Electorem. Cypr. Urkunden T. 2. p. 252.

Wolfgang Reiſſenbuſch, Prælati Lichtenburg. ad Fabianum de Feilitſch. E. S. Cypriani Urkunden T. 1. p. 442.

Richardi, Archiep. Trevirenſis, ad Carolum Miltitzium. Cypriani Urkunden T. 1. p. 389. 391. ad Fridericum Electorem p. 394.

Imprecatio in *Salamannum* Tirolenſem. Kappii Nachleſe T. 2. p. 633.

C. Scepperi ad G. Spalatinum. Cypr. T. 2. p. 295.

G. Schœnichii, Sutoris Eylenburgii, contra theſes Lipſienſium A. 1523. Kappii Nachleſe T. 2. p. 597.

Urbani de Serra Longa ad Frid. Electorem. Cypr. Urkunden T. 2. p. 168.

Georgii Spalatini de revocatione à D. Luthero poſtulata. Cypriani Urkunden T. 2. p. 137. de feciali

feciali Anglicano p. 271. Von alten und neuen Fronen (*) p. 348. Vom Baurenkriege p. 357. 361. Ad Henr. & Abrahamum ab Einſiedel. J. E. Kappii Nachleſe T. 1. p. 84. 86. 112. 113. 116. 118. 119. 159. 164. 208. 210. 218. 220. 267. 268. 269. 270. 271. 274. 275. 276. 278. 304. 309. 318. 325. 331. 332. T. 2. p. 703. 707. ſqq. 720. ſqq. Von der Ohren-Beicht T. 1. p. 297. Collectanea de Eccio T. 2. p. 428. ſq. Ad 1. Corinth. XV. 51. p. 585. De exequiis Friderici Sapientis A. 1525. p. 667. De Sigiſmundi Regis Polon. geſtis A. 1526. in urbe Gedanenſi p. 678. Von Ordnung des Archivs zu Wittenberg, p. 747.

Mich. von der Straſſen zu Born Gleitsmann an den Churfürſt Friederich. Cypr. T. 2. p. 264.

Chriſtoph. von der Straſſen an Michaeln ſeinen Vater A. 1531. Kapp. T. 2. p. 733.

Jo. Stumpfii Schœnbacenſis parochi ad Epiſc. Martisbergenſem A. 1522. de communione ſub utraque. Kappii Nachleſe T. 2. p. 561. 564. Epiſcopi contra Stumpfium p. 566.

Jo. von Thaubenhaim ad Conſiliarios Saxon. Cypriani Urkunden T. 1. p. 495.

Jo. Tetzelii ad Carolum Miltitzium D. E. S. Cypriani Urkunden T. 1. p. 370.

Viti Theodori ad Lutherum de morte Eccii, in Unſchuld. Nachrichten 1707. p. 821.

Conradi

(*) Confer Clariſſ. Kappii Nachleſe T. 1. p. 279. ſqq. & 350. ſqq. qui Spalatini conſilium duplex de hoc argumento etiam exhibet, p. 284. 291.

Conradi Tregarii Auguſtiniani theſes Argentorati A. 1521. diſputatæ de prædeſtinatione. Kappii Nachleſe T. 2. p. 454.

Trevirenſis Archiep. ſupra, Richardi.

Wolffgang Volprechts Prioris Auguſtinianor. Norimb. theſes A. 1524. DEus facit omnia. Kapp. T. 2. p. 627.

Viti Warnbecii, Canonici Altenb. ad Jo. Fridericum, principem Sax. D. Cypriani Urkunden T. 1. p. 454.

Wolffgangi Weiſſenburgii theſes contra Leonardum Concionatorem S. Petri Baſil. A. 1524. Kappii Nachleſe T. 2. p. 624.

Univerſitatis *Witebergenſis* ad Conſiliarios Saxonicos. D. Cypriani Urkunden T. 1. p. 464.

Witebergenſis Senatus ad Conſiliarios Saxon. Cypriani Urkunden T. 1. p. 472.

Witebergenſium Theol. Antwort auf der Heſſiſchen Bedencken über die Wittenbergiſche Reformation A. 1545. T. 2. p. 470.

WOLFGANGI Palatini ad Rhenum, ad FRIDERICUM Elect. Sax. id. T. 1. p. 367.

Capita examinis *Würtzburgenſium* parochorum A. 1524. Kapp. T. 2. p. 699.

Hans Zeyſens, Schlöſſers zu Alſtadt, an Spalatinum, de tumultibus à Tho. Munzero eccitatis. Cypr. T. 2. p. 339. Kappii Nachleſe T. 2. p. 613. 694.

Ad

Ad Cap. LXXVII. Contra Epiſcopi Miſnenſis, *Johannis VII. à Schleinitz* ſchedulam inhibitionis.

Theologorum Witebergenſium Epiſtola data A. 1521. ad Joannem Lutheri doctrinam perſequentem. Unſchuldige Nachrichten A. 1723. p. 195.

De *Bennone* Epiſcopo Miſnenſi defuncto A. 1106. ejusque canoniſatione facta A. 1523. vita ſcripta ab Hieron. Emſero A. 1512. & altera Romæ edita 1521. Cochleus in actis Lutheri ad A. 1524. p. 109. ſeq. Acta Sanctor. T. 3. Junii p. 198. ſeq. D. Jo. Burchardi Menckenii Scriptores Rerum Germanicarum T. 2. p. 1824. ſqq. Unſchuldige Nachrichten A. 1714. p. 59. A. 1720. p. 17. 188. 217. A. 1721. p. 357.

Joanni ſeptimo, Epiſcopo Miſnenſi, A. 1538. ſucceſſit Joannes VIII. a Miltiz, cujus exſtat ſcriptum: Chriſtliche Lehre zum Unterricht des rechten Glaubens und gottſeeligen Lebens, Maynz 1541. 4. id. A. 1715. p. 783.

Ad Cap. LXXVIII. Acta cum Duce Sax. GEORGIO.

Georgii Ducis Saxon. Icon in numis W. E. Tentzelium in Saxonia numiſmatica ſtirpis Albertinæ tab. 3. p. 41. cujus vide ſis etiam Diarium, curieuſe Bibliothec A. 1705. p. 189. ſq.

Petri

Petri Eiſenbergii, qui Georgii Ducis â Concionibus & Confeſſionibus ſacris fuit, effigies, in Unſchuld. Nachrichten A. 1727. poſt p 340.

In Melanchthonis Epiſtolis lib. 4. Epiſt. 70. per Othonem intelligitur Paccius ſive Packius, & Epiſt. 71. per Agricolam τὸν γείτονα, Georgius Dux.

De fide, Epiſtolarum commercio ſervanda, præter Lutherum in ſcripto von heimlich geſtohlnen Briefen, idem Melanchthon Conſil. Theol. p. 142.

Epiſtola Georgii Ducis ad Eraſmum data A. 1527. plena maledictis in Lutherum, Unſchuldige Nachrichten 1715. p. 14.

Ad Henricum & Abrahamum de Einſiedel mandatum T. 4. Opp. Lutheri Altenb. p. 372. Jo. Erhardii Kappii Nachleſe T. 1. p. 89. 249. 250. 258. 261. ubi plura.

Antonii Czymmermanns, vertriebenen Pfarrers zu Teuchern, Antwort und Entſchuldigung an Hertzog Georgen, 1524. 4. Unſchuld. Nachrichten 1715. p. 588.

De Conjuratione Nobilium quæ concitata ferebatur per *Franciſcum de Schicking* & *Hartmannum à Cronenberg* ad occupandum Archiepiſcopatum Trevirenſem, vide Cochleum ad A. C. 1524. p. 113. ſq. De hoc Franciſco Unſchuldige Nachrichten 1728. p. 496. ubi & icon poſt p. 490.

Probſt aufm Peters-Berge Bittſchrifft an Hertzog George A. 1522. Unſchuld. Nachrichten 1715.

p. 960.

p. 960. Georgii an Chur-Fürſt Friedrichen p. 1095.

In Epiſtola deprecatoria ad Georgium Ducem, de qua ſupra p. 258. nihil plane de retractatione doctrinæ Lutherus, itaque fruſtra ei hoc nomine inſultat Cochlæus in Actis ad A. 1526. p. 146. b. ſeq.

Quæ Georgius, Saxoniæ Dux, ſcripſit ad Georgium Anhaltinum, cum hujus reſponſionibus leguntur inter Anhaltini Principis glorioſisſimi Opera p. 383. ſqq. edit. Germanicæ Witeberg. A. 1577. fol.

Epiſtola ad Wenceslaum Lincum A. 1522. de Auguſtinianis Monachis, in Jo. Erhardi Kappii Nachleſe T. 2. p. 534.

Georgii Ducis filius JOHANNES per Lucam Cranachium Luthero nunciari jusſit, ſe cum Patri eſſet in principatu ſucceſſurus, ſeveritatem in Lutherum acerbam eſſe duplicaturum. Wäre ſein Vater eiſern gegen ihn geweſen, ſo wollte er, wenn er zum Regiment käme, ſtählern ſeyn. Lutherus reſpondit: (*) *de beato obitu ſollicitus eſſet potius, Patrem enim ipſi ſuperfuturum*, quod etiam eventus non diu poſt comprobavit. Morti vicinum jusſit Pater in ſolo CHriſto fiduciam collocare, nihil ſpei reponere in operibus ſuis, nihil in intercesſione Sanctorum. *Eccur vero*, inquit audiens id morituri Conjux, *hæc non publice prædicari omnibus jubemus?* Georgius Dux reſpondit,

(*) Jo. Wolfii Lection. memorabil. T. 2. p. 419.

dit, *hæc ſolis moribundis aperienda, aliis hominibus clam habenda eſſe, ne in bonorum Operum ſtudio langueſcant.* Vide Jo. Sebaſtiani Mulleri Annales Saxonicos ad A. 1537. p. 91. Georgio ipſi Duci cum morte luctanti cum Eiſenbergius qui a ſacris illi erat, creparet merita Sanctorum, ſapientior Medicus ejus D. Rothius dixit illi & perſvaſit recta via ad CHriſtum accederet, Gnädiger Herr, gerade zu gibt die beſten Renner. id. p. 93. & B. D. Georg. Henricus Gœze ſingulari de hoc dicto Medici diſſertatione, Lubec. 1728. 4.

Diſſvaſor belli &c.

Lutheri, Wenceslai Linci, Melanchthonis, Pomerani, Amsdorfii Conſilium A. 1522. an bellum gerendum a Principe Chriſtiano, in Jo. Erhardi Kappii Spicilegio (Nachleſe nützlicher Urkunden zu den Reformations-Geſchichten) T. 2. p. 571.

Diſſvaſor Smalcaldici fœderis.

Conſtat optimum fortisſimumque Electorem JOANNEM FRIDERICUM magno deinde damno ac dolore ſuo A. 1547. expertum veritatem Conſilii Lutheri jam defuncti, ac poſtea A. 1553. morti vicinum ſerio dehortatum filios ſuos ab ineundis tanti plenis periculi conſociationibus. Vide laudati Jo. Sebaſtiani Mulleri annales Saxonicos p. 121.

Electoris captivi Precatio ad DEUM, Unſchuldige Nachrichten A. 1713. p. 923.

Diſſvadendis bellis & fœderibus pro Religione ſuſcipiendis vide ſis quoque Melanchthonem lib. IV. Epiſt. 70. ad Camerarium & 110. 111. 112. Ejusdem Melanchthonis Conſilia Germanice edita à Chriſtoph. Pezelio (Chriſtliche Berathſchlagung und Bedencken, Neuſtadt an der Hardt 1600. 8.) p. 282. ſed & p. 365. ubi ad Electorem Sax. MAURITIUM de expeditione contra CAROLUM Imp.

Diſſvaſor Lutherus belli & fœderis ſub Chriſtiano nomine gerendi atque ineundi pro Chriſtiana Religione propaganda etiam contra Turcas.

Hieron. Wellerus ad 1. Sam. XX. 16. T. 1. Opp. Latin. p. 87. *Sicut non licet Regibus & Principibus bellum gerere contra hoſtes Evangelii ſub nomine Chriſtiano* (hoc eſt nulla alia cauſſa belli quam Chriſtianiſmi amplificandi ac proferendi) *ita non licet eis fœdera invicem jungere, ut eo muniriores ſint contra hoſtes Evangelii. Debet enim Magiſtratus civilis contra Turcas & ſimiles hoſtes bella gerere, non ut veram Religionem & doctrinam Evangelii propugnet, ſed ut pacem ſubditis reddat, & tres illas ordinationes Divinas, Eccleſiaſticam, Politicam & Oeconomicam tueatur ac defendat. Hic conſule ac lege libellum* Domini Doctoris Martini Lutheri *de bello contra Turcas,*

cas, ubi docet (*) non licere Regibus ac Principibus bella gerere ſub nomine Chriſtiano, ſed ſub nomine & auſpiciis Imperatoris Romani, Regum, Principum: & oſtendit dictis Scripturæ & exemplis, nullos unquam Imperatores, Reges ac Principes Imperii Romani, feliciter pugnaſſe contra Turcas, eo quod ſub nomine Chriſtiano conſcripſerunt exercitum, & tradit ibi præclariſſimam doctrinam, quomodo bellum cum Turcis gerendum ſit, videlicet quod duo exercitus contra Turcas conſcribendi & ducendi ſint, quorum alterum ducat Eccleſia, ſeu Chriſtianus, pœnitentia & ad DEUM precibus: alterum Imperator, armis & militibus.

Ad Cap. LXXX. Contra JULIUM PFLUGIUM Epiſc. Numburg. A. 1542.

De hoc *Pflugio* conſulendus Rev. Jo. Martinus Schamelius in Numburgo litterato p. 44. ſeq.

Contra ALBERTUM Cardinalem, Archiep. Magdeb. A. 1539. VViteb. 4.

Albertus unum ex miniſtris ſuis *Hans von Schenitz* torqueri ſuſpendique juſſerat, qua in re injuriam ei factam graviſſime conqueſti ſunt Antonius

Mmm 3

(*) Vom Kriege wider den Türcken, T. 4. Jen. p. 430. ſq. T. 4. Altenb. p. 524. ſqq. nec non T. 4. Jen. p. 477. b. T. 4. Altenb. p. 570. b. in der Heer-Predigt wider den Türcken. Idem in der Vermahnung zum Gebet wider den Türcken, T. 7. Altenb. p. 473. ſeq.

tonius von Schenitz, frater & Lutherus in ſcripto T. 12. Wit. p. 291. T. 7. Jen. p. 254. & T. 7. Altenb. p. 382. Uberiorem totius rei narrationem cui videre eſt volupe, hauriet illam ex Antonii fratris relatione edita A. 1538. 4. relationeque contraria Philippi Comitis Mansfeldici & Antonii Rothwehre, & cui ſcriptum illud rarius obvium non eſt ad manus, Nachrichten von Büchern aus der Thomaſiſchen Bibliothec T. 2. pag. 729. 736. 744. ſqq. 751. ſqq.

Ad Cap. LXXXI. Adverſarii quibus Lutherus reſpondit, vel qui vivum ac ſpirantem ſcriptis oppugnavere.

HENNINGI PYRGALLI Hildeſiani *Encomium aliquot virorum illuſtrium, hac lugubri tempeſtate, catholicas veritates aſſerentium*, ad reverendum in CHriſto patrem, ac nunquam ſatis laudatum principem & dominum, dominum *Sigiſmundum*, Dei ac Apoſtolicæ ſedis nutu, *pontificem Marſipolitanum*, inſignis Academiæ Lipſienſis Cancellarium unicum, ac ſtudioſorum omnium, patronum indefeſſum.

SYMBOLUM PYTHAGORÆ.

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.

Extra publicam viam ne deflectas.

Ad editionem factam Lipſiæ apud Valentinum Schumann 1539. 8.

EPI-

EPIGRAMMA
Henningi Pyrgalli, Hildeſiani.

Fercula de noſtra, quæ nunc tranſmitto, culina
Ad ſtomachum faciant, præſul amande, tuum,
Haud equidem fuerat quiſquam, te dignior uno
Illico quem peteret hæc mea muſa recens,
Nam paſtor vigilans, nulla non parte, coruſcas,
Sollicitus CHriſti ne jugulentur oves,
Præterea inſtituis doctrina & moribus illas
Ut decet eximia relligione patrem,
Tu calles ſacros canones pergnaviter omnes,
Et ritus veteres aſſeris Eccleſiæ,
Hinc eſt quod nuper connubia presbyterorum
Irrita monſtraſti, ſedulitate gravi,
Mœchatum cenſens, ſi quis ſacro ordine perſtans
Uxorem petulans ducere forte velit,
Quod licuit nunquam tedas celebrare jugales,
In ſacris ſi quis vixerat ordinibus,
Hocque Latinorum ac Græcorum eccleſia ſervat,
Deſipit hinc, aliud qui ſtatuiſſe velit.

* * *

ENCOMION
Aliquot Catholicæ veritatis aſſertorum, jam nuper editum, ad R. in CHriſto patrem ac D. D. *Sigiſmundum*, præſulem *Marſipolitanum*, virum, eruditione juxta ac virtute, conſpicuum.

Dum curis vacuus penitus gravioribus eſſem
Nuper, & in bivio vita repoſta foret,
Nunc huc, nunc illuc, animo cunctante, relabens,
Quo nil feſtinum creditur eſſe magis,

Ocia ne quirent hanc deturpare ſceleſta,
Irrepſit ſubito, candidus iſte labor.
Ergo fave cœptis ſummi Jovis inclyta proles,
Felicem ut portum, carbaſa laxa, petant,
Tu rerum ſumma es, tu noſtra redemptio, vita,
Et pietatis apex, juſtitiæque rigor,
In te theſaurus doctrinæ abſconditur omnis
Ex te perpetuæ ſuſcipiuntur opes,
Tu lux erranti, per vaſta pericula ſæcli
Effulges, nuſquam & non vocitatus ades,
Jugiter hinc percibus ſatagas intendere noſtris,
Aſſerto ut liceat ſoluere vota mihi,
Comemorare equidem ſtatui decora alta virorum,
Eccleſiæ partes quos obiiſſe juvat,
Hac ſub luce gravi contra impia ſenſa *Lutheri*,
Et *Picardinum*, *Cingliacumque* nephas.
Pro prudor, infandum eſt, mare permiſcetur olympo,
At regnat pavidas nunc lupus inter oves,
Omnia diripiunt aprique urſique furentes,
Vinea quæ domini culta labore tulit,
Nil tutum hinc, pietas Crocodili, aſtutia Hyænæ
Graſſatur paſſim, cunctaque fraude, ſcatent,
Nec raro ancipites, patuerunt, hercle, Chimæræ,
Icarus & calamo venit ad alta levi,
Cerberus ac furuis eſt denique ductus ab umbris,
Exulat a ſtygio, Pluto miſerque, lacu,
Æacus & cenſor non amplius ac Rhadamantus,
Et Minos, ſontes in, fera jura dabunt,
Chriſticola at ſuperas, quivis conſcendet in oras,
Aſſeruit quod nos, mors precioſa Dei,
Nil opus ergo bonis conatibus eſſe recenſent,
At ſolum cunctos, juſtificare fidem,
Informis ſeu ſit, virtutibus aut formata,
Nil diſpeſcentes, garrulitate mera,

Ore quidem inflato & meminerunt ſæpe rotundo
Dicere, baptiſmus, ſola fidesque beant.
Irrita relligio eſt omnis, humilisque precatus
Ad ſuperos, tendit, vertere fata Jovis.
Quando immutari nequit illius ampla facultas,
Quicquid enim fieri vult, erit illud idem,
Hinc factum ut monachi fugerent a munere ſacro,
Atque voluptati, viſcera tenſa darent,
Hinc hinc ſacrificos, petulantia ſcorta, prophanos
Ducere conjugio haud dedecuiſſe patet,
Quid? quod & ambiguum vulgus libare Tonanti
More ſacerdotum cœperat inſipide;
Ac ſi presbyteros, baptiſmus rite crearet,
Ac foret eccleſiæ nullus in orbe ſtatus,
Sic pergunt, vitio & vitium cumulare laborant
Confuſumque chaos exhibuiſſe juvat,
Et quanquam interdum gladio tollantur & igne,
Gurgiteque & rapido, vel cruce, fata luant,
Haud tamen abſtinuiſſe queunt a ſordibus iſtis
Qui reliqui hac marcent impietate viri,
Vix fidei hinc credunt, doctoribus atque receptis,
Sectantur cerebrum, ſed ſine fine, vafrum,
Capti oculis animi, veræ ac rationis egeni,
Spiritus ut nihil hic juris habere queat,
Nam caro vitai totas moderatur habenas,
Suſtinet exilium & mens generoſa grave,
Stultitiam tamen hanc olim quis in orbe putaſſet
Catholicos inter repere poſſe mares?
Nunc proh evehitur, nec habet veſania calcem
Tanta, ſed ut cancer ſerpit inersque lepra,
O utinam hinc ſaperent ſtolidi atque noviſſima tandem
Perſpicerent, dum lux quantulacunque datur!
Auribus & patulis caperent oracula divûm,
Quæ poſſint tantis pharmacon eſſe malis.

Verum has obthurant velut aſpis carmina vitans,
Ad mentem ut liceat haud rediiſſe piam,
Quod ſi forte rogant, quæ ſit nam ea turba ſophorum
Illorum technis quæ obſtrepuiſſe queat?
Dicam equidem & nihilum ſupenſos eſſe tenebo
Vere infelices & miſeros homines.
Principio at miror penitus, riſu que reſolvor,
Audent quod tantos diſſimulare viros,
Cum paſſim illorum volitent modo ſcripta per orbem,
Quæ verſat juvenis, languidus atque ſenex.
At quia ſimplicitas varia eſt mortalibus ægris
Indita, decrevi texere catalogum
Eccleſiæ procerum, qui cominus eminus æque
Athletarum inſtar pugnam agitare queunt,
Tutarique decus fidei, per cuncta, ſacratæ,
Candida quo pateat totaque pulchra ſiet.
Ambigo ſed ſane digna hic unde orſa requiram?
Undique nanque duces in pia caſtra ruunt
Muniti galea, muniti cuſpide acuta,
Hoſtiles poſſint quo retudiſſe minas.
Audendum tamen eſt aliquid,fortuna quod anceps
Intrepidos nixus ſæpe juvare ſolet,
Obſecro ſed cunctos quorum meminiſſe laboro,
Conſulere ut pergant hæc monumenta boni,
Si non pro meritis quenquam celebravero digne,
Omnia non omnes nanque referre valent.
Accedit, quod me multorum Encomia patrum
Diffugiunt, igitur qualiacumque cano.
Ruffenſis (a) primum & ſummo memorandus honore eſt
Præſul magnificus, candidus, atque pius,
Quem

(a) Joannes Roffenſis.

Quem dedit athletam Cantabrigienſe Lyceum
Primatem eccleſiæ, ſorte furente gravi,
Hic ſane intrepidus fuit atque in utrumque paratus,
Seu res ad calamum aut venerat eloquium,
Cui nunquam obſtiterat victoria læta, vibranti
Adverſum rabidos, tela triſulca, Lupos?
Et niſi martyrii nunc eſſet lege ſubactus,
Proderet ingenii fertilioris opes,
Quippe odium generat pellucens dicere verum,
Comicus ut lepido, perſonat, ingenio.
Proximus huic adſtat *Vienenſis* Epiſcopus (b) ille,
Cognomen dederat cui *Faber* eximium,
Grammata quippe tenet ſimul Attica, Hebræa, Latina,
Omnium & horarum jure vocatur homo,
Haud perdens oleum atque operam, monumenta relicta
Quod poterint liquido quenque docere ſatis,
Hunc ſervent ſuperi, Tithonia ſæcla præhendat,
Nam bene de diva eſt commeritus ſophia.
Quem mox ſubſequitur *Hieronymus* ecce *Aleander*
Brunduſius, multis præſul honore prior.
Laudibus in cujus ſi fors titubavero quicquam,
Ignoſcas calamo, lector amice, rudi,
Quippe ita conſilio prudens, linguisque diſertus
Extitit, ut latii, fama ſit ampla, ſoli,
Hic gravibus fidei cauſis cordatus adhæſit,
Strennuus atque pugil lucis in arce fuit,
Hic bis legati pernobile munus obivit,
Germanis ſuadens relligionis opus,
Hæreſis omnigenæ ne ſordibus inficerentur,
Ac fierent ſtygio, præda voranda, Jovi.

Bar-

(b) Joannes Faber,

Bartholdus bifida hinc velans cava tempora vitta
Præſul in hoc albo ſtat *Chiemenſis* item.
Qui multa explicuit nondum bene cognita paſſim,
Syncera in quo ſit nempe repoſta fides,
Expellens animi tenebras, lucemque reportans,
Ne phlegetonteis involuamur aquis,
Mille patent laquei ſiquidem, mille atque lacunæ,
Sit facile ut tuta haud quemque meare via.
Deinde *Sadoletus Jacobus* jure probatur,
Qui præſul juxta eſt Cardineusque pater,
Eloquio hic promptus, ſcribendi ac lege diſertus,
Gallica quem nuper terra vigere dedit.
Non timet hic ronchos hominum aut pungentia verba,
Dum ſoli CHriſto lucra referre poteſt.
Dignus ceruinam quare eſt explere ſenectam,
Succumbat veri, ne ratio ulla, boni.
Critius Andreas Gneſnenſis & inde canendus,
Accedit merito præſul abunde ſuo.
Hic pariter muſis, pariter CHriſtoque dicatus,
Militat egregie & digna trophæa tenet,
Sarmaticis virus propellens longius oris
Luthericum, illuvies quicquid & iſta fovet,
Pugnat *Aloiſius* (c) & Epiſcopus ille celebris
Tudarum, orator Tullius ore gravis,
Qui nuper lepide ſuaſit divo induperanti
Tolleret è medio ut monſtra pudenda cito,
Ne forſan ſero fruſtra medicina paretur,
Dum nimis in latum repſerit iſte furor.
Hoc itidem intendit *Antonius* (d) ille modeſtus,
In cujus labris Attica Pitho fuit,
Dum graviter tonuit & pectora caſta benigne
Erudiit, ſummo quo obſequerentur hero,

Præ-

(c) Aloiſius Marlianus. (d) Joannes Antonius Modeſtus.

Præſtarentque nihil blandis Sirenibus aures,
Quæ ludunt mentes, inficiuntque pias,
Tranſeo *Tunſtallum*, (e) *Turzonem* (f) *Dan-*
quoque *tiſcum*, (g)
Pontificesque alios ingenio egregios,
Qui velis remisque ſimul conantur ad unum
Hæreſeos virus tollere ab orbe recens,
Sunt duo dehinc *Thomæ*, *Cajetanus*que *Rhadinus*
Ambos Kyriaci quos patris ordo tulit,
Perſonat illepidum nihil hic, nihil ac reprobatum,
Verum Argum in cunctis usque referre ſolet.
Primus Cardinei pars eſt veneranda ſenatus,
Ordinis atque ſui deinde magiſter item,
Lumen Aquinati dedit hic ſpectabile Thomæ,
Ambigui ut nihilum ſollicitare queat,
Profuit eccleſiæ & multum meditando diſerte,
Hæreticæ contra, dira aconita luis.
Alter de claris eſt progenitoribus ortus,
Vir quem nec Momus ipſe notare queat,
Ardua molitus pro CHriſti hic ſemper amore eſt,
Eccleſia ut poſſet tota quiete frui,
Nempe ſimul verbis docuit, calamoque notavit
Nomine perpetuo quæ memoranda manent.
Sylveſter poſt hæc ſcripſit præclara *Prieras*,
Omnibus a gnaris ſuſpicienda viris,
Haud ſine præcipua celebratus in urbe Minerva,
Palati ut rector maximus ille foret,
Attonitus perſtat nihil hic dum ſigna levantur,
Atque tuba accendit in fera bella duces.
Poſt *Catharinus*(h) item lucubrando inclytus arſit,
Vir ſacra penitus relligione vigil,
Quippe ita dogmatibus ſanis lucem attulit orbi,
Quo nullum tenebræ diſcruciare queant,

Euſta-

(e) Cutbertus Tunſtallus. (f) Turzo. (g) Joannes Dantiſcus. (h) Ambroſius Catharinus.

Euſtachius ſimul hinc horrenda duella ſubivit
Zichneus, præſtans miles & egregius,
Viribus ex cunctis ſiquidem proſtraverat hoſtes,
Eccleſiæ CHriſti quos nocuiſſe juvat.
Mox *Jacobus* adeſt *Hochſtratus*, munere divûm
Dotibus allatis, effera corda domans,
Nil prorſus veritus ſannas & ſcommata vulgi,
Dum poterat vitæ pabula ferre gregi,
Nam furiis ſcioli licet exagitentur amaris,
Theologos celebres ſe tamen eſſe putant.
Profuit & rixa modicum haud *Cœllinus* in illa
Conradus, tantis reſtitit atque malis,
Theoſophum nobis quem diva Colonia miſit,
Clarorum genitrix quæ fuit usque virûm,
Ingenio eſt acri ſiquidem hic verbisque perurgens,
Flectere quo ſilices atque adamanta queat.
Nec *Menſingus*(i) item doctor reticendus amœnus
Hic venit, & calamo terſus & eloquio,
Quippe in perfidiam conſcripſit plurima tantam,
Felici eventu ſingula rite notans,
Nunc Phrancfordiacam moderatur Theologiam
Saxonicus prior eſt ordinis atque ſui.
Sylvius & *Petrus* (†) illo compertus in albo eſt,
Philoſophus celebris, cantor & eximius,
Namque tonat graviter hoſti nec cedere tendit,
Conſolidans recta, pectora caſta, fide,
Immerito haud Petrum referens, quod Apoſto-lus ille
Nunciat eccleſiis, dogmata ſana, piis.
Nec minor eſt aliis *Petrus Onſpachius* ille,
Nobilis ingenii dexteritate ſui,
Nimirum eloquio juxta ſcriptisque refulgens,
Aſtruxit veri, non ſine laude, jubar,

Clarus

(i) Joannes Menſingus. (†) Petrus Sylvius.

Clarus *Joannes*, quem *Deitenbergius* apte
Subſequitur, ſummo dignus honore coli.
Qui velut intrepidus bellum hoc ſuſcepit Achilles,
Pro CHriſti quidvis promptus amore pati,
Doctrinis nempe & verbis ſimul inſtitit urgens
Errores multos ſuſtuleratque vigil.
Sircanus haud modicum hic *Cornelius* atque di-
ſertus
Ferbuit, & ſcriptis profuit egregiis,
Exoſus graviter lethalia ſenſa Lutheri,
Quis mage damnoſum vix vagus orbis habet.
Ocyus accedit jam nunc *Alveldius* (k) ipſe,
Principia in linguis non ſine laude tenens,
Gentilis meus eſt hic candidus atque diſertus,
Alveldum Hildeſio ut proximitate jacet:
Caſpar Saſgerus cui ſubditur inde. celebris,
Pondere verborum ſæcula noſtra beans,
Ingenio ſane hic magno præſtare videtur,
Sit vetitum ut paucis cuncta referre modis,
Dehinc *Sagerus* (l) adeſt vir conſultiſſimus ille,
Cordigeri princeps ordinis ecce pater,
Nixibus intendens nocturnis atque diurnis,
Quo redeat priſcus religionis honor.
Poſt & *Joannes Dauentrius* inclytus autor
Inuaſvit ſtudio, terque quaterque pio,
Explodens fictum ritum peccata luendi,
Quem Lutheraniſmi murmur inane probat,
Suedericus item præſtans doctor *Jacobus*,
In cauſis fidei fortis ubique fuit,
Dum vota aſſeruit, illudens ſomnia vana
Quæ paſſim cœtus fingit apoſtaticus,
Eſſe putans magnum quiddam, ſine legibus ullis
Vivere majorum, & dogmata furua ſequi.
Heu

(k) Auguſtinus Alveldius. (l) Caſpar Sagerus.

Heu quantum ſcelus eſt poſt vota ſalubria facta,
Promiſſam ſtolide diſſoluiſſe fidem?
Fallere fors homines poteris ſycophanta rebellis,
Haud poteris CHriſto imponere cunctiſcio,
Saluat enim quicumque ſtatus, à pneumate ſancto
Fulturam accipiens, te cohibe ergo miſer.
Nec ſane hic reticendus erit *Thomas Murnerus*,
Argentinenſis, fama ſuprema, ſoli,
Quippe ita felici liquit monumenta minerva,
Errorum ut pelagus ſideat horriferum,
Nicoleus Herbornus item cultisſimus ille,
His curis actus tempus in omne fuit,
Certus quod merces ſic ſic præſtabitur ampla,
Dum veniet lucis, meta ſuprema, datæ,
Barptolomæus item *Uſingus* congresſibus iſtis
Ferbuit, & nulli ceſſerat impetui,
Quo præcone gravi ſervata Erphordia quondam eſt,
Atrox ne virus pectora corriperet,
Cujus obiſſe vices *Conradus Clingius* ille
Dicitur inſignis eximiusque pater
Sedulus annitens zizania tollere vana,
Mentibus a reprobis inſipidisque viris,
Profecitque equidem multum, conſurgere namq;
Cernuntur plures qui jacuere diu,
Temporis exili ut ſpacio ſpes maxima ſubſit,
Ad frugem quemvis velle redire bonam.
Huic Thuringiacis olim bene *Mettius* (m) oris
Proximus acceſſit concionator item,
Halli Saxonica jam nunc præclarus in urbe
Paſtor, Fortuna ſic agitante vices,
Ut ſerpens prudens qui & ſimplex more columbæ,
Tempſit Achilleas Cerbereasque minas,
Neſcit

(m) Mattheus Mettius.

Neſcit adulari ſiquidem Pylades meus ille,
Cogat ut errantes in pia ſepta greges,
Perge igitur veluti cœpiſti in munere tanto,
Accipere aureolam ut poſt tua fata queas,
Verum ut ad id quo a ſum digreſſus rite revertar,
Et ſeriem teneant quæque canenda ſuam,
Egregius præſto eſt & *Sponnenbergius* (n) autor,
Umbras luſtrari dum perhibet miſeras,
Theologos contra talpas, vulgusque prophanum,
Audet quod patribus obſtrepitare ſacris.
Accolaque & montis Carmeli candidus ille
Waldenus Thomas hic dedit antidotum.
Qui plures annos ante, has ſubmouit abunde
Quisquilias, famæ promeruitque decus,
Wickleſiſtarum commenta inſana refutans,
Quæ nunc poſteritas evehit atque probat,
Eccius inde venit minime fruſtrandus honore
Gnarus *Joannes*, gloria Chryſipolis, (*)
Dotibus eloquii ſiquidem cumulatus habetur
Pervariis, leges μνημοσύνηςque tenet,
Diſceptator item egregiusque apparuit idem,
Lutherum ut contra Martia bella tulit,
Liquit hic ingenii monumenta probata diſerti,
Quæ verſat manibus maxima turba ſophûm,
Wimpinæ & fervor *Conradi* hic perſtitit amplus,
Qui Phrancphordiace lux fuit una ſcholæ,
Nimirum ad ſophiam fuit hic genitusq; Theoſim,
In quibus & ſummum geſſit ubique decus,
Usque adeo ſolers potuiſſet diluere apte,
Ænigma ut Sphyngis quodlibet implicitum.
Nec minus hic valuit cura ingenioq; *Cochleus*,(o)
Herculis ad morem qui fera monſtra tulit,

(n) Joannes Sponnenbergius. (*) Ingolſtadii.
(o) Joannes Cochleus.

Auſus vel contra ſolus certare Lutherum,
Cederet ut victo nil niſi flamma vorax,
Luminaque hic juſto viduavit ſæpe ſopore,
Maxima quo ſummo lucra referret hero,
Mordaces Cynicos contemnens pectore toto
Quos juvat egregiis ſemper obeſſe viris,
Ergo duci in precio celebri manet ille Georgio,
Gloria Saxonicæ eſt qui memoranda domus.
Fœdericus poſt hæc obvenit *Nauſea* præſtans,
Ut Plato qui lepido perſonat eloquio,
Nititur ambiguis hic Lucem tradere rebus,
Eccleſia ut Chriſti degere pace queat,
Senſit enim Petri veſanis fluctibus angi
Naviculam, Tiphyis fungitur ergo vice.
Scripſit *Jacobus Latomus* dehinc candidus atque
Vir celebris, ſimulac Lovanienſe decus,
Inferior nulli myſteria quæque tuendo,
Exortem vitæ quem modo Olympus habet,
Nec mihi *Guilhelmus Roſſeus* prætereundus
Hic venit, eximia dote refertus homo,
Quippe ita veridicis permulſit pectora verbis,
Quo ſaperent, qui proh deſipuere diu.
Nec fuit hic ſocors *Hieronymus Ochſenfardus*,
Lipſia Theologum quem ſtudioſa colit.
Quippe olim intonuit graviter delubra per alta
Errores ſubigens, vipereumque nefas,
Et mihi crede itidem non hic vulgaria ſcripſit,
Luthericam contra Cingliacamque luem.
Eſt cui *Wolfgangus Cubitenſis* proximus ille,
Liquerat ingenii qui monumenta ſui,
Diſceptans graphice fidei de partibus almæ,
Quaque opus exiſtat ſub ratione bonum,
Emunctæ naris fuit hic, vitæque probatæ,
Præco evangelii dexterioris item,

Gre-

Gregorius ſimul hic *Konitius* inſuper ille
Frugifero incepit fingere multa ſtilo,
Atque Anabaptiſtarum ſordida vota ſubegit,
Teſtatur ſtudii ut charta relicta ſui.
Emſerus (p) curas has ad quoque venit acerbas,
Malleus hæretici qui fuit usque mali,
Teſtamentum etenim traduxit rite novellum,
Vulgari eloquio, ſubdola verba notans
Pſeudographi, blandis captat qui vocibus aures,
Mentibus ut caſtis impoſuiſſe queat.
Aſſeruit ſacræ ſimulac myſteria miſſæ,
Profuit ac variis erudiendo modis,
Nec gravibus morbis affectus deſiit unquam
Conari, donec inſtitit hora necis,
Hæc calamum eripuit manibus, viresque repreſſit,
O mors imperii ferrea jura tui!
Fortis *Joannes* poſt *Haſenbergius*, atque
Se tulit huc dulci præditus eloquio,
Æmula cui potuit non lingua nocere nec hoſtis
Perfidus, ut gladium eduxerat ancipitem,
Arguit ingenium ſiquidem lux aſpera fati,
Emicat & virtus cum furit ira gravis.
Sed *Clichtovei* (q) reticem quid famam *Jacobi?*
Quem Parrhiſiacæ progenuere ſcholæ.
Nam ſudavit & alſit item, lapidem quoque quemvis
Moverat, ut veri lex ſacra nota foret,
Et medius fidius carpſit commenta recentum
Theologaſtrorum pernitioſa nimis,
Sic & agunt reliqui quos alma Lutetia paſcit
Doctores ſacræ, nil dubium, ſophiæ.
Quos ego ſi numeris vellem conſtringere certis,
Illorum titulis inferiora darem,

(q) Jodocus Clichthoveus.

Lampada quare aliis ſat erit utcunque tuliſſe
Dexterior quibus eſt Phœbus Apollo pater.
Wicelii ſudor quid & hic non egerat amplus
Georgi, præſtat qui gravitate phraſis?
Ille quidem Pauli converſus lege ferè extat,
Ad mentem juvat hunc ergo rediſſe bonam.
Nam Lutheraniacis imbutus fraudibus olim,
Eccleſiæ factus hoſtis acerbus erat,
Nunc ſpirante Dei ſumma pietate revixit,
Illius & laudes hic & ubique refert.
Nec *Crotus* (r) parvo dignus cenſetur honore,
Erratus cribrat qui & fera monſtra domat,
Synceram ſuadens cunctis apprendere vitam,
Legibus ac patrum ſub juga colla dare.
Inſuper & magnus multum hic vigilavit (s) *Eraſmus*,
Gentis Holandinæ gloria, fama, decus.
Libero in arbitrio dum perſtat rite tuendo,
Taxat & illuſus in pia ſacra datos,
Tullius hic alter veluti pro ariſque focisque
Depugnat venæ proſperitate ſuæ.
Quem non o utinam triſtisſima fata tuliſſent,
Conſultum ingeniis quam bene ubique foret.
Sed quia nil lachrymæ vitali lumine functis
Proſunt, illius jam miſerere Deus!
Noricus accedit jam nunc *Hannerus* & ipſe
Clarus *Joannes*, integritatis apex,
Exilium eſt paſſus, veri qui propter amorem,
Excludi a ſummo ſed nequit ille polo,
Nempe beatus erit, CHriſto referente magiſtro,
Juſtitiam propter qui mala multa ſubit,
Conſtantique animo vincit Buſiridis iram,
Herculeum robur viribus exuperans.

Nec

(r) Joannes Crotus. (s) Eraſmus Roterodamus.

Nec *Pyrckheymerus Bilibaldus* & eſſe tacendus
Cenſetur, liquido vir ſatis ingenio,
Quippe refutavit errores nuper obortos,
Defendens ſophiam ſedulitate ſacram.
Multa *Simon* pariter *Villaticus* ecce peregit,
Pragenſis templi Canonicus celebris,
Pugnando vere contra impia ſenſa Lutheri,
Munitus clypeo prorſus Apoſtolico.
Amnicola & *Paulus* Cellenſis candidus abbas,
Quem Ciſterciacus pertulit ordo gravis,
Omnibus hic nervis contenderat, exitioſum
Hæreſeos facinus cederet orbe procul.
Pegavius pater atque *Simon* (t) de hinc pervigil ille
Profuit, eximiis ſcripta ferendo modis,
Ambo equidem clari ſunt hi, titulosque merentur,
Dum cœlum ſtellas, dum mare habebit aquas.
Quis te *Jacobe* canam numeris *Zieglere*, Picardos
Quod contra inſurgens Cingliacumque nefas
Victor magnificus proceſti ſcripta parando,
Digna vel à ſera poſteritate coli.
Nec reticendus erit *Deitmartius* ille profecto
Clarus *Joannes*, aurea verba tonans.
Aſſerit ut ritus patrum, me hercle, verendos,
Servatur ſacra & quicquid in eccleſia.
Nec *Thomæ Mori* fugienda eſt fama Baronis
Angliaci, magno vir qui erat ingenio,
Explodens quicquid læſit pia numina divûm,
Legibus adverſum quod fuit atque ſacris,
Martyrio hinc meruit fulciri ſanguine fuſo,
Sedibus æthereis præmia opima tenens.
*Beda*que *Natalis* noſtra eſt farragine dignus,
Aſſertor veri nam fuit eximius,

(t) Simon Blichus.

Stunica (u) poſtremus nec partibus affuit iſtis,
Taxando ſophia, ſomnia vana, ſacra.
Vir ſane ingenio mirando fulſerat ille,
Nulla dies famæ cujus obeſſe valet.
ALBERTUS princeps PIUS hinc *Carpenſis* amœnus
Tollendus properat laudibus aſſiduis,
Quippe fidem rectam tutatur ſtrenuus armis,
Dogmatibus cultis & bona multa refert.
O felix tellus tanto quæ principe habenas
Suſcipis, atque hujus duceris imperio!
Glapion eloquio & partes has juverat amplo,
Induperatoris atria culta ſequens,
Ne falſi ingererent damna exitioſa ſophiſtæ,
Cæſareas aures inficerentque pias.
Gnarus *Joannes* quem *Quintana* ille ſecutus
Officio ſimili, dignus honore fuit.
Rimaclus eſt illo dehinc atque repoſtus in albo,
Verſibus altiſonis qui ſatis apta tulit,
Nam ſolidas noctes vigilando dies ſolidosque,
Errorum pelagus ſuſtulit arte gravi.
Coſus Joannes præco hinc celerandus habetur,
Divini eloquii quem tulit hora brevis,
Nam juxta docuit, juxta & monumenta reliquit
Nobilis ingenii, quantulacunque, ſui,
Pluribus egiſſet ſiquidem, ni penſa ſorores
Fati, ceſſaſſent ulteriora dare.
Declamant itidem multi delubra per ampla
Paſſim, tutantur catholicamque fidem,
Nomina verum horum conquirere cuncta nequivi,
Sollicitus quamvis ſat ſatis usque fui.
Maclinienſis item non hic dormiverat atqui
Longolius, (x) quando verba diſerta tulit,

Hæreſis

(u) Jacobus Stunica. (x) Chriſtophorus Longolius.

Hæreſis adverſum commenta inſana novellæ,
Erudiens miris, pectora caſta, modis,
Lacteus eloquii torrens hic creditur altus,
Ætati teneræ, pocula grata ferens.
Amſtelredamus partes has foverat atque
Alardus, nugas contudit atque vafras,
Acriter irridens hos qui auſcultare refutant
Eccleſiam, exortes, tempus in omne jugi.
Denique nec ſummi heroes ſunt jure tacendi,
Inſtiterant monitis qui pariterue minis.
Tireſiæ ut miſeri Lutherano carmine capti,
Ad rectam quirent proſiliiſſe viam.
Cum primis fuerat, decimus LEO (y) Epiſcopus urbis,
Qui quondam erudiit per pia verba gregem,
His lacubus fugeret putridis ſua guttura tingi,
Lethum pro vita ne biberet placida,
Cenſuras adjecit item quas Chriſticola omnis
Debuerat merito pertimuiſſe bonus.
At verum ut fatear, haud pauci adeo rediere,
Flectier aſt alii nil potuere quidem.
Abſuerat Numen quod cœli ex arce remiſſum,
Quo ſine nemo poteſt elicuiſſe bonum.
Strenuus & multum fuerat hic *Langius* ipſe
Matthæus præſul Juvanienſis item,
Haud raro qui legatus à præſule ſummo
Conſuluit paci graviter eccleſiæ,
Vir dignus vatum celebrari carmine claro,
Nam nullum expavit ferre laboris onus.
Deinde *Valentinus Thetelebius*, optimus ille
Antiſtes, patriæ & gloria magna meæ,
His diſcriminibus fuit ancora ſacra profecto,
Exhortans ſummum ſedulo pontificem,

(y) Leo X. Pontif. Roman.

Conſilium cogat, ſeque affore rite ſpopondit
Viribus ac totis velle juvare patres,
Unanimes tandem ut vivamus prorſus ad unum,
Relligio priſcum ſuſtineatque decus.
Nec modicis equidem dux ille GEORGIUS inde
Saxonicæ columen, lumen, honosque domus
Ut gravis eſt totus, ritus patrumque tuetur
Arguit obſcœnum hoc luctificumque nefas,
Quo ſua tranquillo tellus conſiſtat in ævo,
Vana & relligio vergat ad occubitum,
Hinc faxint ſuperi, cornicis ſæcula vincat,
Intret & Elyſeum poſt ſua fata nemus.
Acceſſit poſt hæc Rex FERDINANDUS (z) & ipſe,
Gentibus edicens hæc procul eſſe ſuis,
Omne nefas quando pariat tam dogma prophanum,
Utque Dei atque hominis exulet orbe timor.
CAROLUS illuxit demum cognomine *Quintus*,
Principibus cunctis hic & ubique prior,
Conſilio ac armis & relligione probatus,
Qui nil non altum perſonat ore gravi,
Hic placitis variis exploſit ſenſa Lutheri,
Hæreſis ac quicquid fex ea turpis alit,
Addidit & mulctam dehinc transgreſſoribus æquam,
Tempore quæ reprobis fiet acerba ſatis.
Credite, non ſtertit, cui rerum credita ſumma eſt,
More Jovis verum hæc diſſimulare poteſt,
Quandoquidem ad pœnas divina eſt ultio lenta,
Sed triplicat verber dum furit ira gravis.
Sic faciet Cæſar quoque Carolus inclytus ille,
Cui præſtent longos cernere fata dies.

In

(z) Ferdinandus Rex Romanorum.

In primiſque illud laudarim in principe tanto,
Concilium cogi quod jubet eccleſiæ,
Pontificem inducens Romanum nomine Paulum,
Ocius ut lapſis rebus adeſſe velit,
Quin mora det vires, ultra ac Zizania creſcant,
Ne poſtquam invaluit ſera medela ſiet,
Poſcere & hoc leges jurandi utrinque peractas
Intonat, eximium hinc ſpondet & auxilium,
Ne cadat in cineres penitus reſpublica CHriſti,
Ludibrio exiſtat atque ſacrata fides
Immundis canibus recutita à ſtirpe profectis,
Turcarum ac genti, Machmeticoque gregi.
Eia age Carole, te petimus fortisſime Cæſar,
Pro officio pergas iſta juvare tuo:
Haud deerit PAULUS præſul tibi *tertius* ille
Romulidum, totus Cardineusque chorus,
Pontificesque alii ſyncero dogmate fulti,
Abbates celebres, Theologique graves,
Quicquid & in ſumma ſequitur veſtigia CHriſti
Mundi aſſertoris, verbo, opere atque docens,
Catholici, heroes dubites nihil, usque fovebunt
Tam nixum inſignem, conſilio atque manu.
Expergiſcendum quippe eſt, manibus pedibusque
Conandum, hæreſeos virus ut omne cadat,
Quod fauſtum ut fiat, divos, tibi, quæſumus omnes,
Nam nihil utilius hoc equidem eſſe poteſt.
Sic tua poſt obitum fama extolletur in orbe
Amplius, & meriti copia major erit,
Atque triumphalis cœlo fabricata corona
Accedet capiti, poſt fera fata, tuo,
Æternis ac deliciis ſatiaberis inde,
Triplicis aſpiciens Numinis usque decus,

Nec dubium eſt, PAULUS quin præſul maximus ille,
Qui Petri cathedram nunc tenet eximiam,
Concilium indixit, multa pietate futurum,
Ferveat & ſacro prorſus in officio,
Obſecrans Regesque, Duces, Comitesque, Barones,
Theologos celebres, Pontificumque decus,
Eccleſiæ auxilium præſtent in turbine tanto,
Ne poſſit CHriſti damna tuliſſe fides.
Fauſtiter & grandis labor eſt hic denique cœptus
Haud ſine præcipuo Numine, crede, Dei,
Conveniunt paſſim per compita nanque probati
Chriſticolæ, cordi eſt queis ſacra relligio,
Et teſtudineo quamvis hæc omnia greſſu
Procedant, finis attamen aptus erit,
Magna brevi ſiquidem nequeunt explerier hora,
Garrire hinc ceſſet Hæreſiarcha furens.
Cuncta dies referet, nunquamque eccleſia CHriſti,
Quæ nunc impetitur, occubuiſſe poteſt.
Nam res hæc uno bene non perſolvitur anno,
Ut varias Mundus ſuſtinet ipſe vices.
Incepiſſe ſat eſt igitur, nam dicitur apte,
Dimidium facti qui bene cœpit habet,
Te rogitant verum, mi PAULE, ô Chriſticolæ omnes,
Sollcitis precibus, quod properare velis,
Nec quovis pacto terreri ſumptibus amplis,
Aut curis gravibus: nam modus æquus erit.
Auxilium præſtet CHriſtus tibi rector Olympi,
Præſidio cujus nemo moleſtus erit.

AD

AD LECTOREM.

Athletas ſummi, ſi quem dignoſcere, veri
Perjuvat, in numeris, hæreat ille meis.
Crede mihi, non hic, ventoſæ gloria, famæ
'Quæritur, aſt pietas, eccleſiæque nitor.
Parcite quocirca, gnariſſima turba ſophorum,
Penſantes animi, vota benigna, mei.
Haud etenim dubito, melanuros affore multos
Scommatibus variis, qui nocuiſſe velint.
At nunquam occumbent clarorum ſcripta virorum,
Gloria ſed major, cum ruet hoſtis, erit.

* * *

Ad Innocentem ac relligioſum Patrem *Joannem Placidum*, Priorem Rhingelhemenſem, ordinis S. Benedicti, cujus auſpiciis hic labor colophonem ſuſtinet.

Candide vir, ſolida qui relligione coruſcas,
Atque ſacris ſtudiis tempora multa locas,
Exoſus mundi commercia fœda prophani,
Salveto, & modulos, perlege, quæſo, meos.
Quandoquidem, in primis, fueras occaſio nobis,
Scribendi, etſi ſim βάρβαρος ἐκ τριόδȣ,
Tu tamen ignoſcas mendis, haud raro, ſubortis
Nam viciis nemo, prorſus, in orbe, caret.

* * *

IN OBTRECTATOREM MALEVOLUM.

Zoile, qui ſatagis noſtris illudere muſis,
Fac te cognoſcas, diſcutiasque prius,

Nam-

Namque ego pulſatus precibus præſtantis amici,
Haud potui votis prorſus abeſſe ſuis.
Sive igitur placeant, ſeu diſpliceant tibi, cuncta
Hæc mea, in apricum CHriſto agitante volant.

* * *

NOMENCLATURA
Aliquot virorum illuſtrium, hoc turbulentisſimo tempore Catholicas veritates aſſerentium.

EPISCOPI.

Joannes Fiſcherus, Epiſcopus Ruffenſis, Cancellarius olim Cantabrigienſis & Martyr.

Joannes Faber, Epiſcopus Vienenſis, vir ſingulari eruditione conſpicuus.

Hieronymus Aleander, Mottenſis, Archiepiſcopus Brunduſinus & Patriarcha Aquileienſis heptiglottus.

Bartholdus, olim Epiſcopus Chyemenſis.

Jacobus Sadoletus, Epiſcopus Carpentoractenſis

Andreas Critius, Archepiſcopus Gneſnenſis

Aloiſius Marlianus, Mediolanenſis, Epiſcopus Tudenſis & â ſecretis Caroli V.

Cutbertus Tunſtallus, Epiſcopus Anglicus.

Turzo, Epiſcopus Olmucenſis in Moravia.

Joannes. Dantiſcus, Epiſcopus Culmenſis & Adminiſtrator Pomeſanienſis, Regis Poloniæ Secretarius.

Matthæus Langius, Auguſtanus, Cardinalis & Archepiſcopus Saltzburgenſis

Valen-

Valentinus Thetelebius, Epiſcopus Hildeſianus & Juriſconſultus inſignis.
LEO decimus, Pontifex Romanus Triſmegiſtus.
Joannes Antonius Modeſtus, Orator &c.

THEOLOGI DOMINICANI.

Thomas de Vio Cajetanus, Cardinalis S. Sixti, vicarius generalis ordinis.
Thomas Rhadinus Todiſchus Placentinus.
Sylveſter Prieras, ſacri palatii magiſter.
Ambroſius Catharinus.
Euſtachius Zicheneus.
Jacobus Hochſtratus, Colonienſis.
Conradus Cœllinus, Ulmenſis, Prior Colonienſis.
Joannes Menſingus, Provincialis Saxoniæ.
Petrus Sylvius, ex Conventu Lipſienſi.
Petrus Onſpachius.
Joannes Deitenbergius.
Cornelius Sirckanus, Theologus Roſtochienſis, omnibus numeris abſolutus.
Auguſtinus Alveldius, Conventus Lipſici olim Prælector egregius.
Caſpar Sagerus, Miniſter ordinis vigilantisſimus.
Joannes Daventrius.
Jacobus Suedericus, cuſtos Miſnæ.
Thomas Murnerus, Argentinenſis.
Nicolaus Herbornus, vel *Herborneus*, generalis olim ordinis & eccleſiaſtes Colonienſis.
Conradus Clingius, Declamator Erfordienſis.
Glapion & *Johannes Quintana*, Pœnitentiarii Cæſareæ majeſtatis.

THEO-

THEOLOGI EREMITANI, CARMELITANI & CHARTUSIANI.

Bartholomæus Uſingus, Erphordianus.
Joannes Sponnenbergius.
Thomas Waldenus, Carmelitanus,
Beda natalis, Carthuſianus Parrhiſienſis.

ABBATES.

Paulus Amnicola, Veteriſcellenſis, Ciſtercius.
Simon Blichus, Pegavienſis Benedictinus.
Joannes Eccius, Theologus Ingolſtadienſis.
Conradus Wimpina, Theologus Francophordienſis.
Joannes Cochleus, Theologus Colonienſis.
Fridericus Nauſea, Theologus Patavinus.
Jacobus Latomus, Theologus Lovanienſis.
Guilhelmus Roſſeus, Theologus Anglicus.
Hieronymus Ochſenfardus, Theologus Lipſenſis.
Guolfgangus Schindlerus, Cubitenſis.
Gregorius Laticephalus, Konitius.
Mattheus Mettius, Northemius.
Joannes Coſus, Romhiltinus.
Joannes Haſenbergius, Decanus Lithomericenſis.
Jodocus Clichtoveus, Theologus Parrhiſinus.
Joannes Crotus, Rubeanus, Canonicus Hallenſis & b. virginis Halberſtadenſis.
Eraſmus, Roterodamus, Theologus cum primis ſuſpiciendus.
Thomas Morus, Baro Anglicus.
Jacobus Stunica, Theologus Hiſpanus.
Simon Villaticus, Canonicus Pragenſis.
Georgius Vuicelius, Theologus inſignis.

Joan-

Joannes Hamnerus, Noricus.
Bilibaldus Pyrckheimerus, Noricus.
Joannes Deitmartius.
Rimaclus, Poëta Hollandinus.
Jacobus Zeiglerus, Landavus.
Chriſtophorus Longolius, Maclinienſis.
Michael Vejus, Theologus Ingolſtadienſis, Præpoſitus Hallenſis.
Alardus Æmſtelredamus.

PRINCIPES.

ALBERTUS PIUS, Princeps Carpenſis.
GEORGIUS, Dux Saxoniæ.
FERDINANDUS, Romanorum, Ungarorum & Bohemorum Rex.
CAROLUS V. Romanorum Imperator, ac ſemper Auguſtus.
PAULUS III. Pontifex maximus.

* * *

Hactenus PYRGALLUS.

Hujus næniis ſubjungere juvat D. ERASMI ALBERI (*) Carmen Germanicum, quo Adverſarios Lutheri carptim perſtrinxit, editum Anno Doctoris emortuali 1546.

De

(*) Unſchuldige Nachrichten A. 1721. p. 554.

De grote Woldadt, ſo unſe HEre GODt, dorch den truwen vnde düren Propheten Doct. Martinum Luther, yn der Graueſchop Mansfelde gebaren, der Werldt ertöget, unde dem Römiſchen Wedderchriſt geapenbaret. Men vindet ock de Namen der Vyende Gades, ſo Doct. Martinus mit der hiligen Schrifft geſchlagen vnde auerwunnen hefft.

In Rymen körtlick thoſamen geuatet.

Alſo ſpricht Doct. Martinus Luther.

Idt hefft de Pawſt mit ſyner Lehr,
De arme Weldt veruöret ſehr.
Chriſtus was vns ſehr vnbekandt,
De valſche Lehr nam auerhandt.
Des yamerde GODt, erbarmede ſick,
Vnd hefft darümm erwehlet mick,
Tho apenbaren den Wedderchriſt,
Dorch Gades Wort ſolcks geſcheen iſt.
Alſo greep ick dat Pawſtdom an,
Vnd hebb der Werldt veel gudes gedhan.
Des Pawſtes hebb ich nicht verſchonet,
Vnd hebb em wedderöm gelonet,
Ock apenbaret alle ſyne tück,
Dartho all ſyne Schelmeſtück.
Wo he uns hefft geſchencket yn,
Van ſynem (*) Düuelischen wyn.

Alſo

(*) Apoc. 18.

Alſo hebbe ick ock gedhan,
Dat tögen myne Böker an.
Jck hebbe en redelick afftekert,
Vnd Gades Wort mit Fliete gelert,
Thoudrn hebb ick vörgedragen wol,
Wo men an CHriſtum glöuen ſol.
De Gloue mackt vns allein gerecht,
Dewyl Gades Sön ys worden Knecht,
Vn vns gedenet beth yn den Dodt,
Dartho erlöſet vth aller Nodt.
Dem Düuel ſölcks gar ſehr vordrüth,
Darümm he vürige Flammen ſchüth,
Jdt helpt dem Düuel auerſt nicht,
Dat macket dat he ys (*) gericht.
De Gloue mackt vns gerecht allein,
De Gloue (**) mackt vnſe Herten rein.
Hebbe wyder ock alſo gelert,
Wo dat de Gloue den Sünder bekert,
Vnd ſchaffet veel Godes ahn Vnterlath,
De Gloue dat ys de rechte Strath,
Darup men gheit thom Leuende yn,
De Gloue, Gades Thoſage, vatet ſyn.
De Geiſt Gades ys des Glouens ſterck,
Darup ſo volgen denn de Werck.
De Geiſt Gades ys der Herten Troſt,
So dorch den HEren CHriſtum ſynt erlöſt.
Jck hebb ock angetöget darby
Jm mannigem Boke, wat beter ſy,
Vam Sacramente heb ick wol
Geſchreuen, wat men daruan holden ſol.

(*) Joh. 14. (**) Act. 8.

De Pawſtiſche Miſſe hebb ick vordampt,
Mit eren Papen alleſampt.
Neen Minſch up Erden ſeen kundt,
Dat ydermann wol ſüth ytzundt.
Wol weth itzt nich, dat Miſſery
De aldergröttſte Gruwel ſy?
Dergeliken nich geweſen iſt,
So ſehr hefft uns de Wedderchriſt
Vorblendet, vnd vns betouert ghar,
So werden wy ydt ytzund gewar,
Vnd ys de Entechriſt apenbar,
De hefft regert Negen hundert Jahr.
GODt gaff yuw auerſt den Vorſtandt,
Worümm ick hebb aller Minſchen Tandt,
Vorworpen, vnd alle Hüchely,
De Kappen, Platten, Mönckery,
Vnd alle andre Fantaſy,
Hebb thor Hellen verdömet fry.
Van allen Stenden hebb ick recht
Geſchreuen, als en Gades Knecht,
Hebb vpgerichtet der Preſter Ehe,
Dat deith dem leydigen Düuel wehe,
De wolde veel leuer Horery,
Ehebrock, Gomorra, Sodomy.
De Bibel heb ick gebracht ann Dach,
Dat ſe de Düdtſche leſen mach,
In neuer Spracke ys ſe ſo klar,
Als in der Düdtſchen Sprake vorwar.
Veel Hundert Böker ſynt vörhanden,
De men ytzt liſt in allen Landen,
De GODt dorch my an Dach hefft geuen,
Daryn men vindt dat ewige Leuen.

Dat

Dat hefft dem Düuel ſehr vordraten,
Darümm hefft he tho my yngeſchaten,
Hefft auerſt nichts gerichtet vth,
Jck ſchyckde em Pyle genoch tho Huſs.
De Pawſt hefft my mennichmal verflöckt,
Vele hebben ſyck an my vorſöcht.
De Düuel greep my an mit Macht,
De Keyſer dede my yn de Acht.
De Köninck van Engelland hefft mick
Gegrepen an, mit welckem ick
Geſtreden hebbe gar ridderlich,
Vnd en geſchlagen meiſterlick,
Jck ſchloch en mit der Veddern myn,
Vnd heth en alſo wilkamen ſyn,
Dat he darna nicht wedder quam.
Der **Detzel** mit dem Afflath quam,
En ſtolter vnd Ehrloſer Mann,
De wolde my plagen mit dem Bann,
Jck mackede en mit mynen Schriuen bange,
Dat he darna nicht leuede lange.
Do trat heruör ock Doctor **Eck**,
Vnd neuen em ſtund **Nabal Schneck.**
Ock **Cajetan** de Cardinal,
De was vorwar en ſtolter wahl.
Dartho **Turichutter** de Baruöter,
De **Dieptenberger**, **Mentziger.**
Siluester de Prierio,
De was ſyns ſchriuens nicht lange frö,
Jck ſchloch en mit der Veddern myn,
Vnd toech em aff den valſchen Schyn.
De **Abt van Begen** quam getroſt,
Vnd an my Ridder werden wold.

Cremonenſis, dartho **Caralſtadt**,
Vſingenſis, dartho **Hochſtradt**.
De Doctor Reuchlinus hefft vexert,
Dartho ſehr övel tribulert.
Ick hebb en alle recht gelonet,
Vnd erer warlick nicht verſchonet.
Johannes de Dauentria,
Roffenſis, Caracciola.
De **Alexander Sobolet**,
Emſer ock ym Regiſter ſteith.
De Hochgelerde van **Roterdam**,
Allenthalben ys bekandt ſyn Nam,
De wardt yn ſynem Glouen lam,
Veel Geldes he vam Pawſt auerquam,
He was my vthermaten gram,
Vnd was ſehr wildt, ick mäckde en tham.
He wold nicht geuen Gade de Ehr,
Vnd wardt des Entichriſt Hücheler.
Im anfange was he trefflich godt,
Der Weldt Gunſt nam em bald den **Modt.**
Ick hebb en redelick affgekert.
Longolius de was wol gelert
Im Cycerone, dat ys war,
Daryn ſtuderde he yümmerdar,
Van Gade hadd he nen Vorſtandt,
Gades Wordt was em gar vnbekandt.
De **Faber** düchte ſick ſyn ſehr kloeck,
Derhaluen he ock na my ſchloch,
Ick dreeff yn em bald mit gewalt,
Syn Schriuent hadd gar neen geſtalt.
Bernardus Monachus quam auch,
Clitonius de arme Gauch.

Van

Van Lyptzig Ochſenfurtius,
De Hitzer, Cajutz, Omphalius.
De wyſe Mann Campejus,
Jacobus, Lempe, Rubius. (*)
Murnar, Wimpina, Pelargus,
Thomas de Vio, Todoſius.
De Müntzer, Pyper, Doctor Struſs,
Schwartzmann, Leninck, vnd Jacob Kruſs.
Thomas Rodinck, Schwinglius,
Denck, vnd Eclampadius.
Leus, Alfeldt, Caſpar Schutzgeyer,
Vnd Pigius de grote Schreyer.
Eboracenſis, Roſeus,
Marnus vnd Vincentius.
Marinus vnd Roſemundt,
Edmundt ym Glouen ungeſundt.
Campanus de Dreſoldicheit,
Greep an, bröcht my groth Herteleidt.
Seruetus hefft ock ſölcks gedhan,
Wat hadd he vor Gewin daruan.
He hefft darna dat Hellſche Vür,
Darby wart em dat lachent dür.
Ock hefft de Düuel enen erweckt,
De was van der Münſterſchen Sect.
Welcker veel Lüde uorudrt hat,
Syn Thonám rymet ſick mit der dadt.
Vnd Rothman ys ſyn rechte Nam,
Welcker ſyn Lohn ock auerquam.
Hirher gehört ock Melcher Rinck,
Stenckfeldt en nye Sect anfinck.

(*) *Jo. Crotus, Rubianus.*

Mit ſöten Wörden quam he wol,
De armen Minſchen maken dull.
De **Grickel**, **Jeckel**, **Witzel**, **Muſs**,
De ſchreuen ſick thom Lande henuth.
De **Witzel** wardt en Papenknecht,
Geſchach em warlick euen recht.
Jn Horery und Böuery,
Ere Sodomy vnd Affgödery,
Moſte ſe beſchermen Dach vnd Nacht,
Darna vörde he en grote Pracht.
An GOdt hefft he noch nicht gedacht,
De Pawſt hefft en thom Heren gemacht.
De Pawſt gaff em en Järlicks Geldt,
Thom Düuel hefft he ſick geſeldt,
De gantze Papheit by em heldt,
He ys en Kindt van düſſer Weldt,
Dewyl em dat Geldt ſo wol gefeldt.
Tho Fulda hefft he en ſchöne Huſs
Gebuwet, darſülueſt leuede he ym ſuſs.
He weth nicht mehr vam ewigen Leuen,
Datſülue hefft he ghar auergeuen.
De **Witzel** ys wol nen Papiſt,
Doch he wol teynmal ärger iſt.
Vam **Grickel** will ick ſeggen nicht,
Deſülue vortwyuelde Böſewicht,
Js ſchon darhen, he ys gericht,
Alles wat he redet, dat ys erdicht.
De Jeckel was ghar vngeſchlacht,
He hefft ſick ſülueſt vmbt Leuent gebracht
He wold ſick ſülueſt neen Spyſs nicht geuen,
Vnd bracht ſick böſslich vmm ſyn Leuen.

Vor-

Vorleth Chriſtum den Middeler,
Vnd ſterff als en Vortwyueler.
De Minſche was yn der ydelen Ehr,
Erſapen vthermaten ſehr.
Alle hoge Schol Pawſtes Geſindt,
An my tho ſchanden geworden ſynt.
Ick hebb ſe gewaldich yngedreuen,
Dre Pawſte hebb ick tho Dode geſchreven.
Ick hebbe geſtreden Drüttich Jar,
Mit mynen Vyenden yümmerdar,
Vnd hebb gekempet Ridderlick,
Drümm leue ick nit Gade ewichlick.

Scripſit Doctor Eraſmus Alberus 18. Februarii, quo die Doct. Martinus Lutherus Mansfelidenſis, vir Dei, Propheta vltimæ ætatis mundi, Reuelator et victor Antichriſti, obiit Anno 1546. 18. Februarii.

* * *

Nunc iis quæ ſupra p. 270. ſeq. *de Adverſariis Lutheri* annotare me memini, parvum hoc ſpicilegium addere licebit.

Anonymi, von dem Pabſtthum, das iſt, von der höchſten Oberkeit Chriſtliches Glaubens, wider D. M. Luther, Straßburg 1520. 4.

Saxoniæ Dux *Georgius* ad *Pariſienſem* ſcripſerat Academiam, eumque rogaverat ut Lutheri concluſiones quasdam vel approbaret vel improbaret. Vide Jo. Launojum de ſcholis celebrioribus p. 277. edit. à me curatæ Hamb. 1717. 8. Hinc ſecuta *Determinatio*

Ooo 4 Facul-

Facultatis Theol. Pariſ. 15. April. A. 1521. unanimi omnium voto, unanimi omnium conſenſu *adverſus Lutherum* facta, ibid. p. 366. & apud Launoj. de varia Ariſtotelis fortuna p. 238. edit. Witenb. Prodiit & ſeparatim Antwerp. ex officina Gvil. Vorſtermanni 4. Et noviſſime in Collectione judiciorum de novis erroribus qui ab initio duodecimi ſæculi ad A. C. 1713. in Eccleſia proſcripti ſunt & notati, inter cenſoria judicia inſignium Academiarum Pariſ. Oxon. Lovan. Duacenſis, aliorumque Collegiorum apud Germanos, Italos, Hiſp. Polonos, Hungaros, cum notis & obſervatt. *Dupleſſis Argentei* Doctoris Sorbonici. Pariſ. 1724. fol. 2. Tomis, quorum prior ab A. 1100. ad 1542. Journal des Savans 1725. Mai p. 556. Juin p. 677.

Philippi Melanchthonis Apologia pro Luthero adverſus furioſorum Pariſienſium Theologorum decretum exſtat etiam inter ejus opera Theologica Witeb. 1562. fol. T. 2. p. 82--92.

Determinatio ſecunda Facultatis Pariſ. diviſa in libros tres, ſecundo annexa eſt ratio determinationis primæ, tertius habet quaſdam regulas intelligendi Scripturas, prodiit ſtatim A. 1521. 4.

Lutherum adverſus Cenſuram Sorbonenſium Doctorum in Lutherum, de Scholaſticis Doctoribus defendit Chriſtoph. Auguſtus Hermannus in Actis Philoſophorum parte IV. p. 713. Con-

Condemnatio Lutheri à Facultate *Colonienſi* A. 1519. 30. Aug. T. 2. Opp. Lutheri Witeb. p. 37. T. 1. Jen. p. 46. D. Val. Erneſti Lœſcheri Acta Reformationis T. 3. p. 848.

D. Lutheri reſponſio edita primum A. 1520.

Melanchthonis reſponſio ad ſcriptum quorundam delectorum à clero ſecundario *Coloniæ Agrippinæ* Buccero oppoſitum A. 1543. T. 2. Opp. Melanchthonis p. 93 -- 116. præmiſſa Lutheri præfatione, quæ Germanice etiam legitur in Tomo Operum Lutheri Hallenſi p. 463.

Everhardi Billick, judicii Univerſitatis & Cleri Colonienſ. contra Melanchthonem, Bucerum, Oldendorpium & eorum aſſeclas defenſio. Colon. 1545. 4.

Acta Academiæ *Lovanienſis* contra Lutherum 7. Nov. A. 1519. ſeparatim edita in 4. (& cum Lutheri reſponſione T. 2. Opp. Latin. Witeb. p. 35. & T. 2. Jen. p. 466.) & in laudati D. Lœſcheri Actis Reformationis T. 3. p. 850.

Epiſtola *Hadriani* Cardinalis Dertuſenſis ad Facultatem Theol. Lovanienſem contra Lutherum A. 1529. 4. ibid. p. 854.

Melachthon lib. VI. Epiſt. p. 486. A. 1545. ad Vitum Theodorum: *Heri legi decretum Academiæ Lovanienſis, plenum impietatis, quod & autoritate Caroli Imp. munitum eſt. Creſcit, ut vides, multiplex rabies, ideo ſimus cautiores & modeſtiores.*

Minoritarum *Juterbocenſium* XIV. Articuli cum Lutheri defenſione, in Opp. Lat. Witeb. T. 1. p. 239.

p. 239. T. 1. Jen. p. 226. T. 1. Epiſt. 109. p. 169. D. Lœſcheri Acta Reformationis T. 3. p. 114.

D. Lutheri defenſio contra malignum *Jo. Eccii* judicium ſuper aliquot articulis à Fratribus quibusdam ei impoſitis. id. p. 856. & 888. ubi XXIV. Articuli hæretici Joannis Eccii & quorundam Fratrum, ex illorum aſſertis & negatis per Lutherum deducti.

De *Hieron. Aleandro* Cochleus in Actis Lutheri ad A. 1521. p. 53. b. ſeq.

Auguſtinus Alveld, Ord. Minor. Lector ſacrarum litterarum Lipſiæ contra Lutherum A. 1520. 4. edidit libellum quo contendit Divino jure inſtitutum hoc eſſe ut totius Eccleſiæ Chriſtianæ caput Romanus ſit Pontifex. Et alium, Communioni ſub utraque oppoſitum. Ejusdem exſtat Sermo de Confesſione Sacramentali, nec non alius, qui inſcribitur Malagma.

Alveldii Theſes A. 1522. Vinariæ diſputatæ in J. E. Kappii Nachleſe T. 2. p. 518. Contra easdem tractatus metricus p. 520. Alveldio oppoſitus Lutheri Liber wider den Romaniſten zu Leipzig, A. 1520. & T. 7. Wittenberg. p. 222. T. 1. Jen. p. 289. T. 1. Altenb. p. 452. Confer Seckendorfium lib. 1. p. 103.

Alardus Amſtelrædamus, ſupra p. 707.

Franciſci Arnolds, Pfarrherrns zu Cöln, Antwort auf das Büchlein, ſo D. Luther wider Kayſerl. Abſchied in kurtz verſchienenen Tagen hat ausgehen laſſen, Dresden 1531. 4.

Natalis

Natalis Bedda, qui etiam contra Eraſmum ſcripſit, ſupra p. 705.

Abbas Begenſis, ſupra p. 719.

Fr. Bernhardus, Ord. Minor. ſive Franciſcus Juterbocenſis. vide D. Lœſcheri Acta Reformationis T. 3. p. 115. ſq. ſupra p. 720.

Erdmann Blichus, Pegavius, ſupra p. 705.

Thom. de Vio Cajetanus, Cardinalis, ſupra c. XXVIII.

De *Laur. Campegii*, Cardinalis, Epiſcopi Bononienſis, Actis contra Lutherum, Seckendorf, lib. 1. p. 287. 292. ſq.

Tho. Campegius, Epiſc. Feltrenſis.

Martinus Caracciolus, ſupra p. 272. in Aleandro. Ulrici Hutteni Scriptum Aleandro & Caracciolo oppoſitum prodiit ſub nomine *Udelonis Cimbri Cuſani.*

Ambroſii Catharini, Senenſis, Ord. Præd. qui *Lancelottus Politus* ante dictus, poſtea Epiſcopus Concilio Tridentino interfuit, diemque obiit A. 1553. ad Carolum V. Apologia pro veritate Catholicæ fidei adverſus peſtifera Lutheri dogmata libris V. Florent. 1520. fol. Dialogum ſuper verbis: *Tu es Petrus* &c. Matth. 16. ex Catharini libro ſecundo recudi curavit Hieron. Emſerus, 1524. 4. cum excerptis ex libro *Joannis Roffenſis* contra aſſertiones Lutheri. Excuſationem diſputationis contra Lutherum ad univerſas Eccleſias, edidit Catharinus Florentiæ 1521. 4. recuſam in Jo. Thomæ Rocaberti Bibl. Pontificia T. 3. p. 265. Utroque Catharini ſcripto uſum *Johannem Behem* in judicio de perſona & doctrina

ctrina Lutheri, edito Mogunt. 1541. notant Poſſevinus & qui de vita aliiſque ſcriptis Ambroſii Catharini inprimis conſulendus eſt Jac. Echardus in ſcriptoribus Ordd. Præd. T. 2. p. 144. ſqq.

Lambertus Campeſter, Dominicanus. De aliis hujus Ordinis Monachis qui contra Lutherum ſcripſerunt, (quanquam poſt ejus obitum plerique) vide Ambroſium Altamuram in elogio Jo. Tetzelii, p. 239. Bibl. Dominicanæ, & V. C. *Jo. Erhardum Kappium* in Diſſ. ad illud edita Lipſiæ 1721. 4.

Jodoci Clichtovei Improbatio quorundam articulorum Lutheri à veritate Catholica diſſidentium, Pariſ. 1533. Laudat eum Cochleus in Actis Lutheri p. 100. 140. b. Henningus Pyrgallus ſupra p. 703.

Conradus Clingius, ſupra p. 700.

N. *Clitonius*, ſupra p. 720.

Joannis Cochlei (Dobneck von Wendelſtein) Articuli CCCC. ex ſermonibus XXXVI. Lutheri, cum Jo. Cochlei Wendelſteini reſponſione, Colon. 1525. 4. Antwort auf XCI. Artickel aus drey Sermonen Lutheri, 1525. 4. Auf Lutheri frevlentliche Appellation A. 1520. auf ein Concilium, 1524. 4. Conſideratio ſuper Lutheri articulis quos velit Concilio generali proponi, 4.

Jo. Cochlei Erklärung der ſtreitigen Artickel der Convocation zu Marpurg, Dreßden 1530. 4.

Zehn Fragſtücke auf Luthers Brief von dem Buch der Winckelmeß an Juſtum Jonam, nebſt 28. Artickeln, id. 1534. 4. Sechs

Sechs Fragſtücke von der heil. Ehe, wider Lutherum und D. Brentium, id. 1534. 4.

Chriſtlicher Bericht von der heiligen Meſſe und Prieſter-Weyhe, Lipſ. 1534. 4.

De Petro & Roma libri IV. Antwort auf Lutheri Diſp. ob S. Petrus zu Rom geweſen ſey, 1524. 4. Deutſch, durch Joh. Dietemberger.

Sermo ſub Cochlei nomine editus, exagitandis ejus ſacrarum litterarum detorſionibus, de quo in Diario Theologico, Unſchuld. Nachrichten A. 1714. p. 58.

Conradus Cœllinus, infra *Kollin*.

Gregorius Conitius, ſupra p. 703.

Joannes Coſus, ſupra p. 706.

Andreas Critius, Gneſnenſis, ſupra p. 696.

Jo. Crotus, Rubianus, ſupra p. 704.

Jo. Dantiſcus, ſupra p. 697.

Jo. de Daventria, ſupra p. 699.

Jo. Deitmartius, ſupra p. 705.

N. *Denck.*

Jo. Dieptemberger von der Ohren-Beichte und Kloſter-Gelübden wider Lutherum, A. 1525. adde Cochleum in Actis Lutheri p. 87. b.

Hieron. Dungersheim ſive *Tungersheim*, Ochſenfortienſis, ex Oſtro Franciæ Boſporo (*Ochſenfart*) Theolog. Profeſſor Studii Lipſienſis & Canonicus Cizenſis. Opuſcula contra Lutherum edita prodiere Latine & Germanice, Lipſ. 1531. 4. vide Autographa T. 2. p. 70. T. 3. p. 76. 205. 206. 209. Conferenda D. V. E. Lœſcheri Vollſtändige Reformations-

tions-Acten ad A. 1519. T. 3. p. 21. ſqq. ubi mutuæ Lutheri & Dungersheimii Epiſtolæ.

Jo. Eberlin von Güntzburg von Mißbrauch Chriſtlicher Freyheit, Grymme 1522. 4.

De *Jo. Eccio* ſupra p. 274. ſeq. Contra obeliſcos Eccii, in D. Lœſcheri Actis Reformationis A. 1518. T. 2. p. 333. Canonicorum indoctorum reſponſio ad Eccium (Jo. Oecolampadio auctore) id. A. 1519. T. 3. p. 935. ex T. 1. Opp. Lutheri Latin. Witeb. p. 368. Contra malignum Eccii judicium ſuper aliquot articulis à fratribus quibusdam ei impoſitis, M. Lutheri defenſio, id. pag. 856. Ejusd. von den neuen Eckiſchen Bullen und Lügen, 1520. Obiit Eccius A. 1543. 10. Febr. Unſchuldige Nachrichten 1707. p. 821. Iconem ejus & præcipua geſta habes A. 1715. p. 377. ſeq. Invectiva in eum Martini Buceri, in Handlungen des Reichs-Tags zu Regenſpurg, A. 1541. p. 216. 226. ſqq. 230. 231. 233. 236. Dialogus wider D. Eckii Büchlein, das er zu Entſchuldigung des Concilii zu Coſtnitz ausgehen laſſen. durch *Cuntzen von Oberndorf*, 1522. 4. Jo. Eccii Enchiridion locorum communium adverſus Lutheranos quinto recognitum A. 1529. 8. ad Chunradum à Tungen, Herbipolenſis Eccleſiæ Epiſcopum.

Hieron. Emſeri Wiederſpruch D. Luthers ſeines Irrthums, cum præf. Lutheri, 1521. 4.

Warnung an den Bock Emſer. Unſchuldige Nachrichten 1721. p. 354.

Jo. Eccii pro Emſero contra Lutheri venationem reſponſio ad Johannem Schleynitz, Eccleſiæ Miſnenſis Epiſcopum, 1519. 4.

De venatione Lutheriana Ægocerotis aſſertio, cum præf. Emſeri ad Lutherum, 1520. 4.

Noſter hic Ægoceros ſine culpa, non ſine fœno
Ludit venantis retia, tela, canes.

Emſeri Verlegung des Buchs Lutheri an den Deutſchen Adel, cum armis ſive inſignibus Emſeri, Hüte dich, der Bock ſtöſſt dich, Lipſ. 1521. 4. Ante Epiſtolam de diſp. Lipſicenſi exſtat cum inſigni, hoc diſtichon:

Noſter hic Ægoceros ſine fœno, peccat in uno
Quod non eſt Lucæ (Cranachii) *ducta manu.*

An den Stier zu Wittenberg, 1521. 4. vide Unſchuld. Nachrichten A. 1720. p. 201. ſeq. plura id. p. 209. ſeq.

Ludus in caprum Emſerianum. Dialogus Capri & empuſæ. Varia in Emſerum carmina, A. 1521. 4. excerpta in Clariſſ. Hardtii autographis Lutheri T. 2. p. 95. ſeq.

Helii Eobani Heſſi invectiva in Emſerum Lutheromaſtigem.

Plura de Emſeri vita J. J. M. R. N. in Unſchuldigen Nachrichten A. 1720. p. 8. ſeq. & de ſcriptis ejus p. 187. ſeq. Epitaphium p. 27. atque icon ære deſcripta p. 178. Obiit Dresdæ A. 1527. natus Ulmæ A. 1477.

De *Eraſmo* infra c. 155. & in diſſ. quam brevi ut ſpero locupletiorem dabo recudendam, de Eraſmi religione.

Joan.

Joannes Faber, Conſtantienſis. Vide Cochleum in Actis Lutheri p. 96. ſed & Lutheri præf. in Commentarium ad 1. Corinth. cap. VII. *Juſti Jonæ* Defenſio Conjugii Sacerdotalis contra Fabrum, prodiit Witeb. 1523. 4. (Unſchuldige Nachrichten A. 1715. p. 414.) *Thomæ Stöhrs* Der eheliche Stand ſoll niemand verboten werden, 1525. 4. (id. p. 416.)

Joannes Faber, Viennenſis Epiſcopus, ſupra p. 695.

Joannes Fiſcherus, Cardinalis Epiſc. Roffenſis & Acad. Cantabrig. Cancellarius, de cujus ſcriptis vide Cochleum p. 87. b. ſq. & 140. b. ſupra c. 41. p. 75. 697. Icon in Unſchuldigen Nachrichten A. 1724. poſt p. 844. Ejus aſſertionis Lutheranæ confutatio, 1523. 4. Sacri Sacerdotii Defenſio contra Lutherum, Colon. 1525. 4.

Wider *D. Andr. Frowin*, D. Jo. Langens von Gehorſam der Obrigkeit und ausgegangenen Cloſter-Leuten, Erfurt 1523. 4. Unſchuld. Nachrichten 1715. p. 415.

Glapion, ſupra p. 706.

Andreas Grone, vide infra, Vinarienſes.

Jo. Hannerus, ſupra p. 704.

Johannes Haſenbergius, ſupra p. 703.

HENRICI VIII. de quo ſupra p. 75. ſq. & 559. ſq. defenſor etiam *Gvil. Roſſeus*.

Nicolaus Herborn, Franciſcanus, in Bericht von den dreyen Gelobten der Geiſtlichen, Cöln 1527. Unſchuld. Nachrichten 1728. p. 498.

N. *Hitzer*, ſupra p. 721.

Jacobus,

Jacobus, vide *Clichtoveus*, *Faber*, *Hochſtraten*, *Kruſs*, *Latomus*, *Stunica*, *Svedricus*, *Zieglerus*.

Joannes Roffenſis Epiſcopus, ſupra *Fiſcherus*. Hic qui inter primos Lutherum oppugnavit tamen in Pſalmis ſuis Confeſſorem Veritatis refert & Luthero ſuffragatur. Vide ſis Diarium Theolog. toties laudatum, Unſchuldige Nachrichten A. 1714. p. 403.

F. I. Itali Revocatio Martini Lutheri ad ſanctam ſedem, 1520. 4.

Conradus Kollin, vide Cochleum ad A. 1523. p. 98. *Cœllinus* ſupra p. 698.

Jacob Kruſs.

Matthaus Langius, ſupra p. 707.

Jacobi Latomi articulorum doctrinæ Lutheri per *Lovanienſes* damnatorum ratio ex ſacris litteris & veteribus tractatoribus, Antw. 1521. 4. De primatu Pontificis adverſus Lutherum, ibid. 1526. alia vide apud Franciſcum Sweertium in Athenis Belg. p. 365.

N. *Lempe.*

N. *Leninck.*

Eduardus Leus, qui etiam contra Eraſmum ſcripſit, pro quo *Jo. Gertophius*, adoleſcens Germanus.

Chriſtophori Longolii Oratio ad Lutherianos quosdam jam damnatos, ſubjuncta etiam legitur libris tribus Hieronymi Oſorii de Religione, Colon. 1585. 8. p. 379. ſeq.

N. *Marinus.*

Aloyſii Marliani, Mediolanenſis, Epiſcopi Tudæ, atque à ſecretis Caroli Cæſaris, in Lutherum Oratio, 1521. 4.

Joannes Menſingus ſupra p. 698.

N. *Mentziger*, ſupra p. 719.

Matthæus Mettius, ſupra p. 700.

Jo. Antonius Modeſtus. ſupra p. 696.

Rupertus Moshamus (à Mosham) qui rabioſisſime ſcripſit contra noſtras Eccleſias. Melanchthon Epiſtola ad Vitum Theodor. A. 1540. pag. 117. edit. Sauberti, *non ſolum acumen in eo, ſed candorem etiam deſidero.* De hoc Moshamo confer præter Seckendorfium, Andreæ Oſiandri Epiſtolam ad G. Spalatinum, datam A. 1539. 24. Octobr. Unſchuldige Nachrichten 1712. p. 372.

De *Murnero* vide Cochleum ad A. 1523. p. 87. *Matthæi Gvidii* Admonitio ad *Tho. Murnerum*, Ord. Minor. Lutheromaſtigen. Haganoæ 1520. 4. Bruder *Michael Stieffels* von Eßlingen Auslegen und Chriſtliche Gloſſen über D. Murnern falſch erdichtet Lied von dem Untergang Chriſtlichen Glaubens, 1520. 4. Murnarus Leviathan, vide Autographa Lutheri T. 3. p. 50. T. 2. p. 70. Unſchuld. Nachrichten 1714. p. 58.

Fridericus Nauſea, ſupra p. 702.

Ochſenfarth, Ochſenfurtius, vide ſupra, *Dungersheim.*

N. *Omphalius.*

Petrus Onſpachius, ſupra p. 698.

Paulus

Paulus Bachmannus (*) ſive *Amnicola*, Abbas veteris Cellæ, auctor acerborum adverſus D. Lutherum ſcriptorum, qualia ſunt: Ein köſtlich ſchöner Lob-Geſang auf des Luthers Winckelmeß, A. 1520. Ejusd. wyder das wild geyffernd Eberſchwein Lutherum, ſo in dem Wein-Garten des Herrn der Kräften wület, grabt und ſich unterſtehet, mit ſeinem beſudelten Rüßel umzuſtoſſen die Canoniſation Divi Bennonis, (ſupra p. 257. & 684.) und aller Heiligen Ehrerbietung zu vertilgen, 1524. 4. Ejusd. Antwort auf D. Luthers Rathſchlag, ob der Churfürſt unis Evangeliums willen wider den Kayſer ſich mit Krieg einlaſſen ſoll, 1531. 4.

Ambroſius Pelargus. vid. Seckendorfii Lutheraniſm.

Franciſcus Picartus, Doctor Pariſienſis, qui Lutheraniſmo gliſcenti in Gallia reſtitit A. 1534. de quo Jo. Launojus in Academia Pariſienſi illuſtrata p. 259. ſqq.

Albertus Pighius.

Thomas Placentinus, infra in *Rhadino.*

Silveſter Prieras, Magiſter ſacri Palatii, auctor dialogi de poteſtate Papæ, ſupra p. 277. 697. T. I. Jen. p. 59. Replicam Prieratis A. 1519. Luthero oppoſitam exhibet D. Lœſcherus T. 3. Actor. Reformationis p. 892 -- 899. repetitam ex veteri editione & T. I. Opp. Lutheri Latin. Witeb. p. 180. Epitomen majo-

(*) Supra p. 705. Unſchuldige Nachrichten 1720. p. 23. Seckendorf. lib. I. p. 103.

majoris Operis (ſed nunquam editi) A. 1520. ibid. p. 189. Exſtat & ſcriptum ſatiricum ſub falſo Prieratis editum nomine, & locum editionis Romam 1553. 8. referens, quo Inquiſitionis tribunal perſtringitur. Unſchuld. Nachrichten A. 1708. p. 206.

N. *Pyper*, ſupra p. 721.

Joannes Quintana, ſupra p. 706.

Hermannus Rabe, Dominicanus, cujus Epiſtola in Unſchuld. Nachrichten A. 1721. p. 700. ſqq.

Rhadini Scriptum Lutherus & Melanchthon Emſero tribuit. Sed conſtat *Thomam Rhadinum* de Todiſco, Ord. Præd. Monachum Placentinum auctorem fuiſſe & Orationes illas ad Principes German. Romæ edidiſſe: Coloniæ mox, & Emſero fortaſſe curante Lipſiæ 1520. iterumque Romæ 1521. recuſas. Vide Autographa Lutheri T. 3. p. 44. & Jo. Cochleum in Actis Lutheri ad A. 1525. p. 142. b. Seckendorf. p. 283. 107. Unſchuldige Nachrichten A. 1720. p. 195. ſeq. Act. Erud. 1729. p. 142. Jacobum Echard de ſcriptoribus Ord. Prædicatorum T. 2. p. 74. Apologia Melanchthonis pro Luthero, quam ſub Didymi Faventini nomine Rhadino oppoſuit, exſtat Tomo ſecundo Operum Melanchthonis Theologicorum p. 38. b. ἐσχεδίαζετο Φίλιππος.

Rimaclus, ſupra p. 106.

Thomas Rodinck vide *Rhadinus*.

Romaniſta zu Leipzig, vide *Aug. Aleveld*.

Joannes

Joannes, *Roffenſis* Epiſc. vide *Joannes* & *Fiſcherus*.
- - - *Roſemund.*
Guilelmus Roſſeus, de quo Cochleus p. 88. b.
Rubius, vide *Jo. Crotus*, Rubianus.
Caſpar Sagerus, & *Caſpar Sazgerus*, Minorita, qui de cultu & veneratione Sanctorum A. 1522. contra Lutherum ſcripſit.
Caſpar Schatzgeyer, aliis *Schutzgeyer*, non diverſus ut opinor a ſuperiore.
Nabal Schneck, ſupra p. 719.
- - - *Schwartzmann*, ſupra p. 719.
Simon, Abbas Pegavienſis, Lipſiæ A. 1524. 4. librum edidit hoc titulo: Verderb und Schade der Lande und Leute an Gut, Leibe und Ehr, und der Seelen Seeligkeit, aus Lutheriſcher und ſeines Anhangs Lehre zu gewarten. Hunc ſcripſiſſe & in publicum vulgaſſe poſtea auctorem pœnituit. Certe is A. 1539. poſt reformationem à Duce Saxoniæ Henrico ſuſceptam, non inficianda pœnitudinis de illo ſcripto in lucem dato ſigna præ ſe ferre eſt viſus. Conſule Seckendorfium lib. 3. pag. 221. b.
Cornelius Sircanus, ſupra p. 196.
Alexander Sobolet, ſupra p. 720.
D. - - - *Struſs*, ſupra p. 721.
Jacobus Stunica, idem qui etiam contra Eraſmum ſcripſit, ſupra p. 706.
Jacobus Svedericus, ſupra p. 699.
Petrus Sylvius, ſupra p. 698.
- - - *Theodoſius.*
Valentinus Theteletius, ſupra p. 707.

Conrad Treger oppugnatus à Franciſco Lamberto. D. Lœſcher T. 2. hiſtoriæ motuum p. 59.

Cutbertus Tunſtallus, ſupra p. 697.

- - - *Turichutter*, Franciſcanus, ſupra p. 719.

- - - *Turzo*, ſupra p. 697.

Simon Villaticus, ſupra p. 705.

Vinarienſes Franciſcani, Andreas Grone, aliique, vide D. Erneſti Sal. Cypriani Nützliche Urkunden zur Reformation T. 2. p. 234. 240.

- - - *Vincentius*.

Thomas de Vio, vide Cajetanus.

Bartholomæus de Uſingen, ſive *Uſingenſis*, ſupra p. 279.

Georgius Wicelius ab A. 1533. Lutheri ex amico adverſarius. Joach. Frid. Felleri trimeſtria p. 574. Unſchuldige Nachrichten A. 1711. p. 303. ſeq. A. 1715. p. 669. A. 1721. p. 560. ſq. A. 1728. p. 1049. ſqq. Inter ſcripta Wicelii Luthero oppoſita ſunt præter ſupra p. 629. memoratas annotationes ad verſionem Bibliorum Witebergenſem, Evangelium Martin Luthers, welches da lange Zeit unter der Banck gelegen, ſamt ſeiner Kirchen-Hiſtoria, Lipſ. 1533. 4. Libellus de moribus veterum hæreticorum, ibid. 1537. 8.

Wolfgangus Cubitenſis, ſupra p. 702.

Euſtathius Zichneus, ſupra p. 698.

Adverſarii non Pontificii.

Rothmann ex Thomæ Munſteri aſſeclis, ſupra p. 721.

Melchior Rinck, ibid.

Joan-

Joannes Agricola, Islebius. Vide ſis Caſp. Schluſſelburgium in Catalogo hæreticorum libro IV. ubi de Antinomis, contra quos, ſex (*) diſputationes habuit Lutherus, ita ut Jo. Agricola (**) palinodiam publice cecinerit, ſed mortuo Luthero ad priſtinum errorem eſt reverſus. Per litteras cum Islebio litigaſſe Lutherum A. 1537. ad Vitum Theodorum ſcribit Melanchthon p. 40. edit. Sauberti. Et p. 44. *Lutherus edidit Agricolæ propoſitiones, ut teſtetur eas ſibi diſplicere. Editurus eſt etiam contrarias.* Idem A. 1540. p. 111. *Dum hic litigat cum Luthero (nam accuſavit Lutherus eum apud Principem, eoque arreſto ut vocant obligatus erat) ipſe interea contra datam fidem proficiſcitur ia Marchiam: Erit Profeſſor Francofordiæ, ubi putat ſe nactum eſſe arcem ex qua bellum inferat Luthero.*

Johannes Campanus, Witebergæ A. 1530. (†) & poſtea in Juliacenſi ditione verſatus docuit ſcripſitque contra Myſterium SS. Trinitatis, & Spiritus S. æternitatem, vel eum non eſſe perſonam diſtinctam a Patre, de quo Eraſmus Alberus ſupra p. 721. Melanchthon Conſil. Theol. p. 127. 128. & lib. VI. Epiſt. p. 495. A. 1546. Hunc potius quam *Michaëlem Servetum* reſpici damnarique in Articulo primo Auguſtanæ Confesſionis,

